

1837
ARTES
VERITAS
SCIENTIA
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
E PLURIBUS UNUM
TUEBOR
SI QUÆRIS PENINSULAM AMŒNAM
CIRCUMSPICE

DE

CONTRACTIONIS ET SYNIZESEOS
USU HOMERICO

SCRIPSIT

JOS. MENRAD
MONACENSIS.

«Οἱ δὲ πολλοὶ ἐξ Ὁμήρου κατέχονταί
τε καὶ ἔχονται.» Plat. Io. 536 B.

Monachii 1886.
Buchholz & Werner.

GUILELMO · CHRISTIO·

PRAECEPTORI·

VERE · DOCTO · ET · HUMANO·

S.

Index.

Praefatio.

Minime me fugit, si quis Homeri carmina a tot tantisque et antiquitatis et nostri saeculi ingeniis pertractata inquirenda emendandave susceperit nova scilicet atque inaudita sese allaturum esse confisus, ei aut imperitiae aut audaciae haec plerosque crimini daturos esse.

Neque quod nemo hucusque eam quam nobis proposuimus curam ampli volumine libri aggressus est, eo confidentius tamquam in materie intacta elaborandum mihi censui: nam in singulis contractionis vel synizeseos Homericae formis explicandis immutandis emendandis versatissimi existimatores et editores poëtae tantam operam dedere, ut plerumque eorum vestigia legere satis habere cogerer. Quorum in Homerum merita iam percensebo, simulatque quas ipse hac in cura rationes et leges secutus sim, paucis lineamentis adumbravero.

Primum cum appareat omnes in omni auctore grammaticas quaestiones vel animadversiones nec disceptari nec perfici posse nisi cunctis verborum seu nominum exemplis diligentissime collectis usum dicendi inquisiveris, utriusque carminis — Iliadis et Odysseae dico — copiam exemplorum conferendam et excutiendam esse duxi; tum collecta non pari lance omnia pensitanda esse, sed duas res esse potissimum spectandas, versus heroici leges et carminum atque adeo versuum singulorum antiquitatem. Namque etsi forma soluta usum esse poëtam origo vocabuli grammaticae linguarum comparativae subsidiis constituta sive similitudo numerusque collectorum exemplorum evincat, tamen ne novando aut metricas rationes

laedamus aut versus recentiores vel adulterinos immutemus, iure cavemus et prohibemur. Verum ne tunc quidem, cum emendatione opus esse et alii ante me intellexerunt et mihi ipse causis omnibus perpensis persuasi, librorum fidem traditam et hoc potissimum in poēta vetustate quasi sancitam prorsus neglegere fas erit, sed ne temeritatis opprobrium merito mihi obiciatur, illud semper tenebo ut quam facillimam potero eoque verisimillimam coniecturam vel ipse offeram vel ab aliis oblatam comprobem.

Maxima vero in disceptandis iis quae mihi proposui difficultas ex eo nascitur, quod, cum pleraeque contractae formae in antiquissimis carminibus aeque atque in recentissimis extent, admodum arduum est diiudicare, utrum poëta metrica quam vocant licentia usus syllabas ab aequalibus per diaeresin expressas primus propter numeros conflasse ausus sit an iam Homeri tempore et solutae et contractae formae sermone hominum aeque vulgatae fuerint. Sed haec omnia tunc demum pluribus persequi uberrimisque exemplis adornare conabor, ubi quam viam illi viri praemuniverint, qui ante me his de rebus disseruerunt, paucis demonstravero, quod quidem ita persequar, ut I. Bekkeri, R. Payne-Knightii, A. Nauckii, H. Roehlii, G. Christii, A. Fickii opiniones deinceps pluribus verbis referam et disceptem, aliorum, ut Bentlei, Thierschii, Buttmanni, Ahrensii, Lehrsii, L. Meyeri, G. Curtii, Mangoldi ceterorum animadversiones et coniecturas suo quasque loco obiter attingam.

I.

Virorum doctorum de diducendis vel contrahendis syllabis opiniones.

Atque Imm. Bekker quidem in schedulis Homericis (Homerische Blätter, I. Teil, Bonn 1863) quas editioni suae addidit, cum alia multa disputat tum inde a pag. 38 contra Heyneum, contractas formas a posterioribus inventas statuentem, easdem aequo iure atque solutas esse contendit: quo

in excursu traditis tantummodo formis nisus neque insolita corrigere audet neque quae etymologia postulet spectat.

Non igitur mirum si contractiones versuum numeris magis accommodatas tunc quoque commendat, ubi libri synizesin solam admittunt: namque probat ἀσκηθεῖς βέλη σάκη contra librorum fidem; quin adeo nisus forma postumi Odysseae libri Ὀδυσεῦς (ω 303) et alia adulterina, ut Ἰδομενεῦς (N 424), praefert et Μηκιστεῦς υἱός (B 566 et Ψ 678) reponi iubet neque spernit horridos sonos, ut ὦ Ἀχιλεῦ Πηλεῦς υἱέ! Idem cum tres contractos nominum in ευς exeuntium accusativos Δ 384. O 339 τ 136 indagasset, exitum ῆ' (ζ 212 Π 574 Υ 139 X 331 ν 131 ....) nullo modo ferri posse sibi persuasit, ideo quod apostrophi signum auribus nunquam perceptum esset: quasi vero virgula audienda sit, non quam illa significat, elisio, quam si quis impugnat, Graecae linguae leges evertit, quas a nostro sermone alienas cum non iam satis intellegamus, fuisse olim et iure fuisse quis negabit? quod vero Ἀίδα' ἐμεῖ' σεῖ' ἔπε' mutilas voces (Verkrüppelungen) nuncupat, infra adversabimur. Quodsi apostropho ista abiecta ἥρω Ἀλκάθοον, ἥρω Εὐρύπυλον, δμῶ ἐμόν scribi mavult, vocis ἥρω vocalis ω ante vocalem in thesi non correpta novam affert difficultatem. Verum cum libri ipsi, quod Ὀδυσῆ' ν 135 ο 157 pro Ὀδυσῆι exhibent, vitatam esse contractionem vocalium digammo olim diremptarum confirment, Bekkerus formas Ἀχιλλεῖ Πορθεῖ Πηλεῖ — de quibus infra dicam — in suspicionem vocare debuit, non his fultus Ὀδυσεῖ probare. Dein a nominibus ad verba transgressus dum in his eandem cerni inconstantiam autumat, nodosas res magis implicat, fluctuantes prorsus perturbat. Quid? quod versus Φ 40 (corrige 410), ω 193, O 18 formas in ω exeuntes ἐπεφράσω, ἐκτήσω, κρέμω p o s t u l a r e dicit: ignoratne vir doctissimus ο vocalem in flexione verborum elidi posse, an nescit ἦρα' ω 33 libros meliores subministrare seque ipsum edidisse? Verum verba in -άω, quorum contractiones modo admissas esse modo omissas probare vult, vellem maiore

prudentia, exemplis diligentius electis tractasset: nam quae initio affert, μεταλλᾷς μενοινᾷς praesentia in exitu versuum ut postea videbimus excusata nihil valent. Quodsi ἀντιάᾳς ἀντιόωσι similia cum formis ἕῃς ὅου, quas vitiosas esse nunc inter omnes constat, comparavit et vocalis adiectione (Vorschlag) ortas confirmavit, suae aetatis errore ducitur, a Leone Meyero (v. Kuhnii Zeitschrift für vergleich. Sprachforsch. X. 45 sq.) demum repulso. Eandem inconstantiam in verba έω exitu insignia cadere censet, ut leges eorum se invenire potuisse neget. Atqui ex eo quod in codicibus nostris nunc ευ diphthongus nunc εο synizesis occurrit, non consequens est, ut poëta dum eiusmodi formis utatur, nulla ratione regatur. Jam verba βαλῶ πειραθῶμεν δαῶμεν μεθῶμεν non pariter tractanda: de prima forma scilicet rarissima separatim agendum erit, reliquae tres in fine hexametri excusabuntur. Idem si p. 62 sq. formas ἀκλῆει, σπείους, nomina in -κλης desinentia extricare nequit aut ἀκλέα δυσκλέα νηλέι ὑπερδέα hybridas formas subita necessitate ortas appellat, non mirabimur, quippe cum traditarum tenacissimum formarum eum videamus. Analogiam autem nonne contemnit, qui in adiectivis, ut Ἡρακληείῃ vocalem η praeferendam existimat, in nominibus, ut Εὐρύκλεια, diphthongum ει? Contra eidem assentiemur, quod p. 88 coniecturam γ 27 οὐδέ σε θεῶν, raritatem eiusmodi synizeseos (A 18 ξ 451) notando (cf. ibid. p. 284), improbavit.

Ut legem grato animo agnoscimus a Bekkero repertam, qua lege spondeum in prima versus sede poëta adamasse et ubi dactylo uti ei licebat, spondeum praeposuisse convincitur: ita inter exempla deforme illud ἐν σπέσσι deesse debuit; utrum in eadem versus sede cum libris ᾔσκειν ᾖρει ᾔτει ποίει legenda atque adeo contra librorum fidem ἕλκει θάρσει κάλλει similia inducenda sint, ex iis quae infra disceptabo liquebit. Sed adeo ille amore inventae ab ipso legis captus tenebatur, ut cum χρύσεον ἄφρεον ante consonas synizesi conflandas repperisset, etiam χρύσεον οὐδ', δίνεον ὡς declamandum statueret. Praeterea

quae collegit synizeseos genera p. 173, nihil nisi codicum testimonia conscripsit; item ἐάω p. 213; et p. 228 participia ἑσταότ' ἑσταότες, cum varient libri, reponere dubitat. Denique merito eum laudabimus, quod diductas formas Ἀτρεΐδης Πηλεΐδης Τυδεΐδης Πηλεΐωνος in altera editione Iliadis exaravit, postquam et Brunckius (ad Apollon. Rhod. I 58) et G. Hermannus (ad Gregorium Corinth. ed. Schäfer. II p. 879) 'omnia illa nomina mediam syllabam ab ictu puram servare' animadvertit. Cui cum Wolfius (Vorrede zur Od. 1794 p. 9 sq.) obloqueretur latinorum poëtarum usum praevertens, a Bekkero (Hom. Bl. I 308) refutatur. Adversatus est in eadem re etiam H. Rumpf (Jahrb. 1860 p. 582), nec tamen magis mihi persuasit quam W. C. Kayser (Phil. 1863, XVIII p. 660), qui inprimis ex duobus versibus

Λ 130: Ἀτρείδης· τὼ δ' αὖτ' ἐκ δίφρου γουναζέσθην
Γ 182: ὦ μάκαρ Ἀτρείδη μοιρηγενὲς ὀλβιόδαιμον,

altero scilicet timorem Antimachi filiorum et imbecillitatem exprimente, admirationem Priami per singulas syllabas accrescentem altero describente, trisyllabum esse Ἀτρείδης conclusit: nos cum ne ille quidem hos grammaticorum lusus pluribus augere exemplis aut similibus confirmare potuerit, eos flocci faciemus.*)

*) Quodsi Kayser l. l. Tyrannionis (ad Δ 228) et Choroebosci (Can. p. 136,7) grammaticorum testimoniis nititur, hoc utique feremus: quid quod Prisciani locum (II, 36: 'numquam patronymicum superat primitivi sui genetivum nisi una syllaba') Graeco fonte cadere sibi persuadet? An ullum Graeculum vel infimae aetatis fugere poterat iuvenes Νεστορίδης Θεστορίδης alios patres si nulla alia re at duabus syllabis superasse, Amphitryoniadem vero, mehercle, praeter alia syllabis tribus? Quodsi Theocritus (17, 26), si tragici, si iam Anacreo (fr. 115) syllaba ειδης non soluta fere usi sunt, hoc non mirum; immo mirandum, id quod Nauckius (v. i.) monuit, quod et illi aliquando solutas usurpant formas et Alexandrini poëtae diphthongum ει in ictu adhibere adeo veriti sunt. Denique si in versu Γ 182 eximia numerorum venustate poëta excellere voluit, hoc non ita fecit, ut syllabas numeraret, sed ut rationem quandam morarum partiumque aequabilitatem adhiberet; i. e.

Sero quidem neque tamen ut me paeniteret inspicere potui Angli Payne-Knightii editionem „ϜιλϜιαδος“ et „|-οδυσσειας“ cuius magniloquus titulus hic est «carmina Homerica a rhapsodorum interpolationibus repurgata et in pristinam formam, quatenus recuperanda esset, tam e veterum monumentorum fide et auctoritate, quam ex antiqui sermonis indole ac ratione, redacta; cum notis ac prolegomenis, in quibus de eorum origine auctore et aetate, itemque de priscae linguae progressu, et praecoci maturitate, diligenter inquiritur opera et studio Richardi Payne Knight. In aedibus Valpianis: Londini 1820».

Iam liceat paucis verbis — nam multa dicere non operae pretium — quae sit eius diligentia illustrare. De digammo non loquar: nec si fere in omni vocabulo Homerico digamma odoratus est aut terminos αϜων αϜο οϜο εϜο etc. fuisse sibi persuasit, crimini ei vertam: quid in contractionibus elaboraverit, hic tractandum. Et praecipuus hac de re extat locus proll. p. 45.: «in nulla autem lingua vel dialecto, quae verborum formas ac flexiones ex indole propria et usu hominum communi, non grammaticorum fuco, effinxit vel redegit, ulla fuit unquam contractorum solutio, vel circumflexus diaeresis, in alia quam in ea ipsa elementa e quibus conflata sunt, ita ut Attica ista ει et ου, quae ex εα vel εε, et αο vel εο, toties contracta sunt, non in εϊ et οϋ, sed in antiqua εα vel εε, et αο vel εο, quotiens disyllabis opus sit, dissecanda sint; et quaecumque in recentiorum scriptis, praesertim Alexandrinorum, contraria occurrunt, pro factiticiis habenda, atque eorum linguae fucatae adiudicanda, etc.» Vides hoc sibi

---

	ὦ μάκαρ	|	᾿Ατρεΐδη,	|	μοιρηγενὲς,	|	ὀλβιόδαιμον
	— ⏑ ⏑	|	— ⏑ ⏑ —	|	— — ⏑ ⏑	|	— ⏑ ⏑ — ⏑
ratio morarum:	4	:	6	:	6	:	7

Neque vero in v. Λ 385 cum Eust. (324, 30, vel Epim. Hom. 449, 26) eiusdem numeri mancam imitationem videbimus, sed aeque perfectam, i. e.

	τοξότα	|	λωβητήρ,	|	κέρᾳ ἀγλαέ,	|	παρθενοπῖπα
	— ⏑ ⏑	|	— — —	|	⏑ ⏑ — ⏑ ⏑	|	— ⏑ ⏑ — ⏑
ratio morarum:	4	:	6	:	6	:	7

proposuisse Anglum virum, ut diphthongos illas, quotiens disyllabis opus esset, in elementa propria dissecaret; et re vera in formis multis verborum in-εω, in vocabulis μεο σεο τεο νίκων ὥπτων aliis iure optimo id fecisse eum vidimus; sed hoc non satis habuit, immo omnes contractiones, quas cognovit — multas enim non intellexit, ut τείχει ἕλκει ἀγήρω κοῖλον, aut inaudita medela sustulit, ut πυθῷ (I 105) |-ιδρῷ (P 745) — numeros minime curans solvit et typis exprimendas curavit. Quae fuerit hac in re eius audacia, nec tantum audacia sed temeritas, nec solum temeritas, sed interdum vecordia, exemplis raptim collectis docebo.

A 23 αιδεεσθαι. 230 απο|-αιρεεσθαι. 89. εμεο δσαFοο (quidni δσαFοFο?) 273 και μεν μεο βουλεων. 453 εμεο παρος; ubique ημεες κεκλυτε μεο, |-ιερος; Ξ 229 εκς αθοFοο. O 35 φῶνησαντσα Fεπεα 179 ἤπειλεε. P 451 γονFατσι βαλεω. Σ 136 ἤοαθεν γαρ νεομαι. κ 518 χοFην χεFσθαι. ο 88 βουλομαι ηδη νεεσθαι. υ 171 αιδοος μοιραν; bellas addo elisiones δοκε' εεναι (I 103), χρυσε' εοντες (τ 230); cumulum vero affert K 373: «|-εΰχσFοFο» i. e. ἐΰξου; et Θ 217 «πυρι κηλεῳ ναFας FεϊσFας» !

Idem tam rudis et ineruditus fuit, ut in eodem textu formas καλει (Γ 390) θαρσων (E 124) η ουκ (E 349) ομιλFει (834) στηθεων (K 95), δ' (i. e. δή, Λ 138. 386), μαρτυροι ὦνθ (Ξ 274), η ου μεμνεαι (O 18), πολυων (Π 655) δαFιῶν (P 65), |-αιροντας (724) non sollicitaret: cur enim is haec horreat, qui in locum contractionum innumeras synizeses substituere non erubuerit? Idem tamen ita impudens, ut proll. p. 43 dicere non vereatur 'poëtis antiquis non musa tantum, sed ipsa natura dedit loqui ore rotundo'.

At aliam quoque viam callidissimus Britannorum invenit qua molestas sibi formas eliminaret: 'rhapsodorum lacinias' omnes nuncupat versus vitiose traditos, quos corrigere non audet atque adeo non potest. Sic ad B 651, Ἐνυαλίῳ ἀνδρεϊφόντῃ adnotat, 'versus est serioris rhapsodi, qui cum prosodiam male intellectam haberet, nullius non licentiae eam capacem esse cre-

debat'. Nimirum perpulcre H 166 Θ 264 eiecto eodem illo versu tres deinceps versus incipiunt ab «τοῖσι δ' ἐπ'». Simili modo damnat versus quibus aegre careas, ut Δ 384—400 ideo quod duo vitia sermonis Homerici, Τυδῆ (v. 384) et ἄψ ἀναερχομένῳ (v. 392) inesse vidit, et E 256, ubi formae τρεῖν et ἐᾷ eum offendere. Quin etiam orationi Phoenicis finem (I. 604. 605) adimere maluit quam τιμῆς formam in textum suum recipere. Sic ut ad postremum per saturam notabilia audaciae exempla afferam, eiecti ab isto sunt versus O 30 propter ἀθλήσαντα, T 88—136 propter ἄτη, ἄσατο, Ω 374 propter νοῦ; λ 51—83, ubi ἄσε; μ 156, ubi Fερέω; Ψ 786—797 ob formas ὔμμ' ἐρέω et 'Αχιλλεῖ omisit, Ψ 226 ob 'Εωσφόρος, τ 331 ob τεθνεῶτι etc.

Non ego is sum qui Payne-Knightii editioni, si utile quid affert, ut egregium illud ἔεν νόος (κ 240, v. infra), obtrecter: sed plurimas res, cum neque argumentis stabilitae neque ulla cum cura pertractatae sint, tanti habere non possum, ut cum Bekkeri studiis non dico aequiparem, sed omnino ne comparem quidem.

At Aug. Nauck, inclutissimus academicus Petropolitanus, in miscellaneis criticis primum editis in diurnis solennibus academiae Petropolitanae (Bulletins de l' Académie impériale des sciences de St. Pétersbourg) dein iteratis in peculiari collectione (Mélanges Gréco-Romains) cum alios multos locos omnium fere Graecorum scriptorum tractavit, tum inde a tertia animadversionum parte de Homeri carminibus observavit; cumque rationes ac leges nusquam non spectaret, tradita vero librorum vitia contemneret, multa novavit atque correxit non ita tamen ut ad artem suas observationes redigeret, sed exorsus a quodam auctoris loco similia exempla examinaret: quae cuncta ut radios lucis crystallo collegit editione quae Berolini ap. Weidmannos prodiit a. 1874, 1877, 1878. Huius vestigia cum premam, iam de rationibus eius quae quidem ad contractas pertinent formas ita referam, ut per compendia narrem,

ubi et ego assentior et alios comperi assentiri, luculentioribus autem digeram materiem verbis, quotiescumque eius sententiam non tam corrigere quam paullummodo inflectere leviterque conformare posse mihi videor.

Igitur in tertio animadversionum capite (Bullet. tom. 6., 1863, p. 9 sq. = Mél. Gr.-R. II, 399—485) exordio sumpto a versu B 22 formas θέιος et Ἀργέιος Homero reddendas censuit: nempe ut adsolet non codicum fidem, non grammaticorum lubidinem secutus, sed unam illam legem, in qua velut in robore quodam ac firmamento omnes fere emendationes suas posuit: «si per versum poëtae ideoque per poëtam ipsum sub- «stitui licebit contractis formis solutas et ipsa vetustate prae- «stantiores et propter etymologiam necessarias — id quod «accidet cum contracta syllaba non nisi in thesi quam nos «vocamus reperietur —: ut hoc ne casui tribuamus sed con- «sulto poëtam conflatas syllabas vitasse atque adeo populares «eius nondum conflasse pro certo habeamus librorum incuriosi «et grammaticorum». Sic Ἀργέιος (proprie Ἀργέ-σ-ιος) ubique restitui pati*); θέιος autem (utrum θέ-F-ιος an θέ-σ-ιος nondum liquet) in Iliade omnibus locis excepto B 22, ubi οὖλος per se praeponendum, et Σ 604, loco inter recentissimos habendo, legi licere; ubi arsim prioris syllabae versus postulet, voce δῖος Homerum uti, cuius prior syllaba raro (I 538. K 429. M 21. N 195. Π 365. τ 177) in thesi inveniatur. Repugnare formulam θεῖος ἀοιδός praeter Σ 604 undecim Odysseae locis: hos nisi quis in recentioribus carminibus excusare velit**), ei confugere licere ad coniecturam θέσπις ἀοιδός (ρ 385).

---

*) Mél. II 395: «Homer lässt beim Worte Ἀργεῖος die erste Silbe durchweg in die Arsis fallen; d. h. er kennt nur die Form Ἀργέιος, die selbst in der Tragödie noch vereinzelt vorkommt. (Aesch. Sept 112. Herm. Eur. Hec. 479, vgl. Ahrens de dial. p. 105.)»

**) ex his in editione Kirchhoffii ([2] 1879) in partibus recentioribus invenias novem: α 336. δ 17. θ 43. 47. 87. 539. ψ 133. 143. ω 439; tres in vetustioribus: ν 27. π 252. ρ 359 (eodem in carmine v. 385 θέσπις!): at ν 27 δῖος variant libri DQ. —

Dein formam Ϝεῖδον Bekkeri adoritur: et ἔϜιδον originem poscere et trisyllabum reponendum; resistere quinque locos Λ 112[1]*). Τ 292[1]. ι 184[4]. κ 194[1]. λ 162[3]: e quibus Λ 112 εὔιδ' ὅτ' — εὔιδον forma titulis quoque probatur — corrigit (in eandem correcturam incidit Christ l. l.), Τ 292 equidem excuso, quod in iuniore carminis parte, naenia scilicet iam ab Heynio damnata, invenitur. Tum εἵως et τείως formas ille removet cum G. Curtio, qui (Rh. Mus. N. F. IV, 245 sq.) auctoritatem secutus God. Hermanni (elem. doctr. metr. p. 58) ob insequentes consonas ubique eas vitari et in εἷος τεῖος vel potius ἧος τῆος verti posse docuit; porro aggreditur decem locos facillime emendandos, quibus cum Bekkerus synizeses ἕως et τέως retinuisset, ἧος et τῆος ionice dici possit. Denique libris inter formas σῶς et σόος dubiis, σόος Herodoto (Dindorf. de dial. Her. p. 43) posterioribusque epicis usurpatum in Homero quoque praeferri iubet, ut quod necessarium sit aliquando (Α 344. Ο 497. Π 252); inconstantes enim hac in re et Aristarchum esse (Α 117) et Bekkerum (ο 42. π 131); unum locum Χ 332 σῶς ἔσσεσθ' in ζῶς ἔσσεσθ' mutandum. Equidem ingeniosam hanc coniecturam in ζωὸς ἔσεσθ' immutare velim — ἔσεσθ' D; cf. ζωὸς ἐών initio vv. Β 699. Ρ 153. 478. 672. Χ 436 — idque eam ob causam quod ζώς ipsum e ζαὸς contractum esse Buttmannus (Ausf. Gramm. I[2] p. 245) haud scio an recte statuerit).**

Iam vero in sexta symbolarum criticarum parte (Bull,

---

*) numero supra lineam addito iam versus pedem signabo.

**) Rectius Leo Meyer (K. Z. V, 366 sq.) ζώς ex ζωο, ζωϜο coartatum esse (zusammengedrängt) censet, ut σῶς ex σωο, σοο; δμώς ex δμωο, δμωϜο, θώς ex θωο etc. — Etiam aliis duobus quibus legitur locis ζώς suspicionem mihi movet: Ε 887 fortasse «ἢ ζωός κ'» et Π 445 »ἦν ζωόν« (αἴ ζωὸν Christ) legendum. ζώς praeterea Aristoph. Av. 1078 a Dindorfio restitutum; — sed ζών participium Aristoph. Thesm. 77. Soph. Phil. 412. Oed. R. 1045 cum Nauckio intactum relinquemus; — extat in duobus titulis recentibus, quos Nauckius affert; addo ἄχθος ἀείζων Aesch. Suppl. 988 Dind.

tom. 17, 1872, p. 180 sq. = Mél. Gr.-R. III 207—344) — neque enim in quarta (Bull. tom. 9 1866, p. 332 sq. = Mél. Gr.-R. II, 639 sq) aut quinta (Bull. tom. 12, 1868 p. 481 = Mél. Gr.-R. III, 9 sq.) quicquam ad id quod proposuimus referendum disputat — in sexta igitur parte primum vocabula κόιλος et Πρόιτος, cum trisyllaba apud Aeoles (Ahrens de dial. I 106, II 509) fuerint, eadem ratione in Homeri carminibus reponenda disputat. Et κόιλος quidem apud Homerum et Hesiodum per versum legi licere cum alii tum M. Schmidt (Rh. Mus. N. F. XX. p. 304—306) monuerat; unum qui resistebat locum χ 385[1]

ἰχθύας, οὕς ϑ' ἁλιῆες
κοῖλον ἐς αἰγιαλὸν πολιῆς ἔκτοσθε θαλάσσης
δικτύῳ ἐξέρυσαν πολυωπῷ —

ut corruptum cum Schmidtio Nauckius notavit; proponit idem λευρὸν ἐς αἰγιαλὸν, cum Eur. Hec. 700, Soph. Ai. 1064 λευρὰν ψάμαθον inveniatur, et λευρός vox Homerica sit, η 123; praeterea κοῖλον propter sensum huic loco minime aptum esse. Ego neque hanc causam cum H. Duentzero, qui recte κοῖλον αἰγιαλόν cum locutione κοῖλος λιμήν (κ 92) confert, satis intellego — ceterum litus curvum ac profundum piscaturae commodius quam plana harena — et quos affert locos parum respondere censeo. Temptaverim igitur 'κώιλον αἰγιαλόν': forma κώιλον, ex κόϜιλον orta ut ὀλώιος-ὀλόϜιος, usus est Mimnermus 12, 6 et Alcaeus 15, 5 (Bergk II[4]), id quod Meineke intellexit; accusativum praepositione ἐς omissa apud verba ἄγω (H 362. Ap. Rh. II 239), ξυνάγω (Z 88), ἀπάγω (O 706), ἰθύνω (E 291), περαίνω (Φ 40) inveniri docet La Roche, Hom. Stud., 1861, p. 103. — At Πρόιτος cum quater legi possit (Z 157. 160. 163. 177) repugnat Z 164

τεϑναίης, ὦ Προῖτ', ἢ κάκτανε Βελλεροφόντην,

ubi Nauckius: τεθναίης, Πρόιτ', ἠὲ | κατάκτανε Βελλεροφόντην. Ego cum caesuram videam dirui et formam κάκτανε ob id ipsum quod ἅπαξ εἰρημένη est genuinam et ad similitudinem

καστορνῦσα, κάσχεθε, καχχείοντες καχχεφαλήν καχχῆαι καχχορυφήν factam habeam, malim mutare «τεθναίης, Πρόιτος»; de nominativo vocativi locum tenente cf. Γ 276, Ξ 357, Ω 569, Christ. proll. 108, Krüger Dial.-Gr.45, 2; de ος in caesurâ quinaria producto v. A 153. B 71. 624. 736. Z 76. 299. Θ 144. Λ 219. 371. Hoc si cui a traditione longius recedere videbitur, proponam 'τεθναίης Προΐτη'; Προίτης enim, in titulo Euboeensi repertum (v. Pape Eigennamen) per metaplasmum Homero usurpatum censeo, cuius de usu cf. La Roche Einltg. § 3, Krüger Dial.-Gr. § 21. Dein orsus Nauckius a formis ἄκων et ἀϜέκων, quarum cum libri modo hanc modo illam praebeant, alteram ubique versus admittat, ita ut vel cautissimus vir La Roche hanc receperit solam (Hom. Unters. p. 98), his verbis quaestionum suarum legem constituit: «Hunderte von Fehlern, welche die Kurzsichtigkeit der alexandrinischen Grammatiker in den homerischen Text gebracht hat, können erkannt und geheilt werden, nicht durch Vergleichung von so und soviel homerischen Handschriften, nicht aus homerischen Citaten bei griechischen und römischen Schriftstellern, nicht von den in alexandrinischen und byzantinischen Vorurteilen aufgewachsenen zünftigen Philologen, sondern einzig und allein auf Grund der Erfahrungen und der Methode, welche durch die Sprachvergleichung uns geboten werden.» Exemplo esse κλέϜος, a L. Meyero (K. Z. VII, 205—8) inductum, titulis probatum (Kirchhoff, Phil. VII 191); pluralem κλέϜε(α) latere in κλέα I 189. 524. ϑ 73, quod cum nisi ante vocales non inveniretur, κλέϜε' scribendum esse. Errasse Alexandrinos, ut Apoll. Rh. 1, 1. 4, 361, ante hos auctorem hymni Homerici XXXII, cum κλέα ante consonas usurpaverint. Idem valere in nomina a κλέϜος ducta, ut ἀκλεής (M 318 ἀκλεϜέες cum auribus sit ingrata vox nisi digamma audiatur, scribendum illud optimo iure cum Christio censebimus) item in nomina propria, ut Ἀγακλέης, Ἡρακλέης, eorumque adiectiva: exaravit igitur Nauckius ἘτεοκλεϜεείη, ἩρακλεϜεείη, ἸφικλεϜεείη; has formas

ut spurias quod G. Curtius acrioribus quam decebat verbis aggressus est, nos sic Nauckium defendimus, ut non a stirpe ΗρακλεFες (etenim ex ΗρακλεFες-ίη Ἡρακλε̆Fείη oreretur necesse fuit) sed a themate supposito ΗρακλεFεες ducamus Ἡρακλεϝεες-ίη, ἩρακλεFεείη;*) quod quidem thema in dativis ἐπέεσσι λεχέεσσι νέεσσι etsi falsa quam vocant analogia ortum esse constat, tamen est non solum apud Homerum, sed etiam in titulis (v. Gust. Meyer, Griech. Gr. § 374); potius tamen quod Christio placuit, ἩρακλεFεσίη producta ι vocali: cf. formas in quibus ι ambiguae quantitatis, κονίη, φίλος ἱμάς, ἦια, μῆνιε, δίω, ἄτιτος, a La Rocheo congestas (Einleitg. p. 29); addo ἀκομιστίη φ 284. κακοFεργίη χ 374, ἀFεργίη ω 251. cum ι producta. Ceterum Ἀντίκλεια et Εὐρύκλεια adiuvante Hesiodi fragm. 13 ἐυστέφανός τε Κλέεια cum Nauckio in Ἀντικλέεια, Εὐρυκλέεια mutare non dubitabimus.

Refert deinde et confirmat Nauckius quae L. Meyer (K. Z. VII 204) de voce σπέFος, Ahrens de δείους forma, et post Buttmannum (Griech. Sprachl. I p. 183. 299) de genetivo dissoluto in-οο, quo vitia, ut Ἰλίου, (– ⏑ –) ὀκρυόεις, ἐπιδημίου, ἀδελφειός tolluntur, doctissime disseruere; substituit ipse pro λείουσι E 782, H 256, O 592 λίεσσι, in quo dubium syllabarum pondus (Callim. fr. 329 λῖες μέν τε λίεσσι): equidem priorem syllabam vocis λείουσι digammi evanescentis vi productam esse puto, sive a λεία (λαF) cum Picteto ducas sive cognatas 'levo, livu, leu, löwe' cum G. Curtio (Gr. Et.[5] 366) spectes. Iis vero quae subsequuntur diserte de nominibus in εός desinentibus agit, dein de ἄτη ἄσατο ἆσε vocabulis: haec ego infra pluribus enarrabo. Porro Nauckius nomina Πηνειός, Ἀλφειός, Σπερχειός, Ὠαρίων choriambi numerum pati iure monet: et in voce Ὠαρίων quidem hoc si quid aliud exploratum esse quod et saepius haec forma tradatur et proprie ὈFαρίωνα esse eum ob amorum delicias non sit alienum**); de

*) vide infra excursum de adiectivis in-ειος desinentibus.

**) aliae etymologiae, a Salvelsbergio (K. Z. XIX, 7 sq.) con-

ceteris vero nominibus Christius proll. p. 178 merito adnotavit, obstare similem formam Καδμεῖοι Δ 391 metro stabilitam; tamen cum eodem, ubi versus postulat, i. e. in clausula, solvere eiusmodi formas Nauckio concedemus.

Idem denique, postquam L. Meyer (K. Z. IX p. 373 sq.) felicissime advertit formam εἷς ad εἰμί pertinentem omnibus quibus extaret locis (praeter ρ 388*) in ἔσσ' mutari posse, ipse fortissime contractum illud ἦν adoritur: restitui pati aut per se aut leviter immutato versu formas ἔεν (⏑ ⏑) et ἔεν (⏑ ⏑̲) demonstrat; novem tamen locos (Δ 211². Z 140¹. N 663.¹. λ 448⁵. 610². ξ 353⁴. ς 3⁶. χ 128¹. ω 182².) ut ‚vitiosos' relinquit: nos cum omni fere in sede versus hos repperissemus, contractionem ἔ-(σ)-εν in ἦν ut faciliorem, ita raram excusare satius duximus quam corrigere.

In septimo vero criticarum capite symbolarum (Bull. t. XXII, 1877, p. 1 sq. = Mél. Gr.-R. IV, 90—236) primum ἀγχόθι et ἀγχοῦ formas in codicibus promiscue extantes reprompsit et Ahrensii mentione facta, qui ἀγχόο pro ἀγχοῦ in Mus. Rhen. (N. F. II, p. 163 sq.) induci iusserat, ita distinxit, ut recentius illud contractumque ἀγχοῦ ubicumque per versum liceret, omnino moveri et ἀγχόθι substitui vellet**). Nos quominus temere assentiamur, duabus causis impedimur. Nam si hoc non casui tribuendum censebit Nauckius quod ubique ἀγχόθι reponere licet, ne hoc quidem casu factum obtinebimus, quod contractum ἀγχοῦ adverbium nec in Iliade nec in Odyssea

---

gestae, omnes solutam formam postulant: Benfey (Wurzell. I 329) ex o (α) copulativo et vari (aqua) compositum nomen putat, Pott (K. Z. VI 259) ex ipso vari derivat; Savelsberg veteribus innixus, qui ὧρος (ἐνιαυτός), v. Et. M. 675, 42, supponebant, vetustissimam formam FωσαρίFων censet (Fόσαρος = Fέσαρ, ἔαρ, skr. vas(anta) = ver; ushman, aestus).

*) quem locum equidem cum Christio proll. p. 115 facile emendari posse non video; an περὶ πάντων σὺ μνηστήρων?

**) Leeuwen (Mnem. nov. XIII, I, p. 197) haud scio an aliquanto audacius omnibus locis ἄγχι δέ F' (i. e. Fοι) ἱστάμενοι proponat.

alia quam in prima sede, utpote spondeo insigni, invenitur; tantummodo ν 103, ubi ἐγγύθι Et. M., ab ἀγχόθι incipit versus. Eadem ratione αὐτοῦ in primo pede in αὐτόθι mutare dubitabimus B 332. E 886. Z 192. Θ 207. I 465. Λ 224. O 349. Π 742. Φ 322. Ψ 258 etc. Accedit quod soluta forma, quam ἀγχοῦ quidem patitur, in similibus quoque adverbiis αὐτοῦ τηλοῦ ὑψοῦ semper substitui posset necesse foret: cui rei refragantur αὐτοῦ (— ⏑́) A 428. Z 80. O 656. Φ 425. Ψ 298. 460, alibi in Odyssea; τηλοῦ (— ⏑́) ε 431. ι 117; ὑψοῦ (— ⏑́) Z 509. O 266. Sed haec non ita dico, ut omnino traditionis tenax sim; immo versus qualis est ν 249

τήν περ τηλοῦ (lege τηλόθι) φασὶν Ἀχαιΐδος ἔμμεναι αἴης,

corrigere malim. Neque vero quod Nauckius confusas formas σκηποῦχος, προὔχων, προὔθηκε, προὔπεμψε — unum προὔπεμψ' ω 361 [1] restat ut recentioris carminis proprium — Homero abiudicavit, ullus sano iudicio existimator adversabitur.

Νέομαι verbum cum proprie sit νέ-σ-ομαι cf. νίσσομαι, νόστος, Curt. Et.[5] p. 314, iure Nauckius et νεῖται νεῖαι ubique solvit et νεῖσθαι ο 88[3], νεῦμαι Σ 136[3] vexavit. Νέεσθαι enim quinquaginta duobus locis versum claudit, tribus (Ξ 221. Ψ 51. ξ 91) in tertio pede locatur, id quod expectes ο 88 quoque:

βούλομαι ἤδη νεῖσθαι ἐφ' ἡμέτερ'· οὐ γὰρ ὄπισθεν,

igitur Nauckius βούλομαι ἀπονέεσθαι, ut aliis in versibus ἀπονέεσθαι in locum οἴκαδ' ἱκέσθαι, scite substituit. Illud quidem perspexit adverbio ἤδη, quod ex antecedentibus vv. 65. 66 assumptum censeo, numeros versus 88. valde deformari (βούλομαι | ἤδη | νεῖσθαι); sed hoc in ἤ τε mutare vereor nisi ἤ τε in versus seu enuntiati initio reponam (cf. Γ 56. 366. E 885. Λ 362. M 69. Π 687. X 49. K 450. Ψ 275. β 62. 219. ι 228. υ 194. ω 311. ν 211. P 226. Σ 13. Φ 585; Nägelsbach, Anmerkung z. Ilias p. 223 sq.); igitur »ἤ τε νέεσθαι βούλομ'« coniciam. De primae personae med. exitu -μαι eliso

cf. βούλομ' A 117. λ 350. ρ 81, νήξομ' ε 64, μνήσομ' ἀοιδῆς in hymnis etc.

Quodsi Σ 136 Nauckius verba ἠῶθεν γὰρ νεῦμαι in 'ἠοόθεν νέομαι γάρ' transposuit, ego adstipulor, quamquam γὰρ tertio loco positum aliquanto rarius apparet quam expectamus (v. Bekker, Hom. Bl. I, 286 adnot.); ceterum cum Ω 401: ἠῶθεν γάρ | θήσονται idem verborum ordo redeat, haud scio an facilius sit immutare «ἠοόθεν γὰρ νίσσομ'»·

Restat ut memorem, non referam acutissime Nauckium dein observasse de verbo σαόω, nomine σάος; σῶς Homeri esse iterum negat; χ 332 ζὼς ἔσσεσθ' seu ζωὸς ἔσεσθ', v. s., mavult; σόος et σάος simul inveniri ait, ut φόος et φάος (φόως a Leone Meyero expulsum); scilicet insequenti termino -ος assimilari stirpis vocalem; contra φάει, φάεα, Εὐρυφάεσσα pristinum retinere colorem; licet Aristarchei σῶς praeferant; acquiescant illi grammaticorum halucinatione qualis est in schol. Eur. Hec. 994: ἀπὸ τοῦ σῶος κατὰ συγκοπὴν γίνεται σῶς· τὸ δὲ σῶς Δωρικῶς σάος, καὶ τροπῇ τοῦ α εἰς ω καὶ ἐκβολῇ τοῦ ο σῶς· ἔστι δὲ καὶ σόοι διὰ τοῦ ο!

Hactenus de Nauckii in Homerum meritis, quae quidem ad hanc quaestionem pertinent; nec omnia sed memoratu dignissima ex eius commentariis perscribenda censui, ad omissa (ut ad vocabula τρεῖν ἱδρῷ τιμῆς οὔσης, Mél. Gr.-R. IV, 494. 497. 501. 620 tractata) infra aliquoties rediturus. Neque vero quicumque Nauckii commentationes praeiudicio non captus percensuerit, non potest indignari contumeliosas Regimontanorum obtrectationes Aristarcheorum, Kammeri scilicet et imprimis A. Ludwichii, qui in libello de hexametris poëtarum Graecorum spondiacis p. 46. 54 codicum fide disceptari posse sibi persuasit, utrum εὖ an ἐΰ legendum esset: quibus pro virili parte respondit et se suasque rationes defendit Nauckius in Bull. t. XXV, 1879, p. 409 = Mél. Gr.-R. IV, 407 sq. Nihil ille temere, nihil inconsulte, sed rationis ubique legem

secutus: donec ratio in philologis, superstitionum ille usque erit superstes.

Neque hercle silentio praetermittenda erudita et elegans dissertatio Hermanni Roehlii cui titulus 'quaestionum Homericarum specimen' (Berol. 1869). Atque ille quidem 'eas praecipue diphthongos quarum altera vocalis est ι' tractavit, idque plerumque solo Iliadis usu examinato. Disserit igitur primum de iis vocalibus inter quas F excidit: υἱεῖ falso in locum υἷι inductum esse X 302 Σ 144. Φ 34 (Σ 458 υἱ' ἐμῷ? v. i.); Ἄρει E 757. Φ 112. 431 (adde ϑ 276) cum Hoffmanno primae declinationi (cf. Ἄρεω, Ἄρην) tribuendum et Ἄρῃ scribendum; sed Ἀχιλλεῖ Ψ 792 in fine versus quod excusari vult, non adsentior (v. infra). Dein dum diaeresin Ἀτρεΐδης etc. memorat, Σπερχεϊός quoque postulat, quod nomen a σπερχεύς, (i. e. cursorius amnis) non sine iusta causa derivat. Bekkeri legem de prima versus sede non tantum valere iure monet, ut O 238 ὠκεῖ legamus. Contra feminina adiectivorum in -υς iusto magis vexavit: τᾰχεῖα βᾰθεῖα propter versum excusat, ὠκέϊα, εὐρέϊα quorum prima syllaba producatur solvit; quindecim formas permitti iubet aut ob brevem ᾰ finalem (Ψ 580. Θ 7. P 372. B 811. Λ 711. O 696) aut ob ᾰν brevem exitum (O 358. I 668) aut quia in sexto pede occurrant (B 578. Z 173. 210. N 433. Σ 591. B 633. 717): nos quomodo breves syllabae finales contractionem excusent, non videmus: constat poëtam aut elidere eas potuisse aut positione quam vocant producere aut denique vitare maluisse. Sed ne hae quidem leges Roehlio sufficiunt: excusare nequit εὐρείης (_ ⏊ _) medio versu positum Π 455. 683. Z 188, et ὀξεῖ' (_ ⏊) Λ 272 in ὀξέαι male conflare conatur (versus hic optimo iure propter v. 268 a Cobeto misc. crit. 375 deletur): ergo tot obstaculis vetamur spinosis Roehlii legibus fidem habere. Idem quod Ῥέα O 187 intactum reliquit, miror, ubi τέκε Ῥείη et Eust. 1012, 35 et Pseudopl. 126, 12 procul dubio recte tradunt. Dein solvenda esse monet quaecumque a stirpe ῥεF, ut ἐυρρεFέος,

et κλεϜ, ut κλεϜιτός cadant: at quod L. Meyer (K. Z. VII 207) ΠατρόκλεϜες Π 885. 693 proposuit, se id intellegere negat; ipsum malle Πάτροκλε, ὅτε, ut ἀριπρεπέα, ὅτε Θ 556, et Πάτροκλε, τί (– – – – ⏑), ut ε in ictu augeatur Δ 155. Ε 359. Τ 400. Φ 474: e quibus exemplis solum Φ 474, quod in caesura semiternaria est, valere video; ceterum Meyeri ΠατρόκλεϜες iam excusavimus. — Idem cur ῥεῖα proprie ϜρέϜια esse monet? Nempe ut uno loco Σ 318 in ῥέϊα solvat, ceteros viginti tres excuset; mitto quod ῥέα conflatum ne attigit quidem. Hoc cadit in alias quoque voces Roehlio auctore solvendas: Σκαϊός scribere quater versu vetamur; γάϊα (γάϜια) decies septies cum solvi patiatur, centies sexies resistit: neque lucri quidquam ex causis a Roehlio allatis habebimus; sexagies γαῖα(ν) in fine, duodecies in primo ictu, toties ob brevem α finalem, vicies bis ob brevem αν exitum ('ut vocalis sequi posset') esse excusandum*). Similiter de παιδός παιδί παῖδα etc., ubi diphthongus diaeresin non permittit, hunc κανόνα statuit: aut in primo ictu aut in sexto pede poni posse — aut si ictu diphthongus poscatur! His exceptionibus regulam tolli et obrui nemo non intelleget, Roehlius ipse hisce significat 'extremis homericae poësis temporibus praeter necessaria diaeresis exempla vocem παῖς semper per diphthongum pronuntiatam esse'. Igitur tales quaestiones quem usum afferant nescio. Idem quid de ὄϜις nomine disserat, vide infra.

Iam cum de dativis neutrorum in -ος exeuntium observaret, legem ille invenire debebat, in quam ipse incidi: nempe horum dativorum formas aut solutas apud Homerum legi aut ita contractas, ut diphthongus (ει) in thesi ante vocalem corripiatur: itaque aut elisa vocali ι (ut τείχε', ἔπε') aut synizesi vocalis ι cum insequente vocali adhibita contractas illas formas omnes fere tolli posse. Nos quo iure alterutrum fieri possit, postea examinabimus; illud nunc monemus, Roehlium profectum esse

---

*) Ceterum Roehlius, priusquam γαῖα formam vexaret, multo difficiliorem illam γῆ, de qua infra dicam, expellere debebat!

a Gregorio Corinthio p. 246 (ed. Schäfer): αἱ διαιρέσεις τῶν εἰς εϊ ληγόντων ἑνικῶν δοτικῶν Ἰώνων εἰσί, βέλεϊ ἀντὶ τοῦ βέλει, ἔγχεϊ ἀντὶ τοῦ ἔγχει; et p. 655: Καὶ τὰς δοτικὰς δὲ μόνας (μόνοι Schäfer) διαιροῦσι Σωκράτεϊ λέγοντες καὶ Διομήδεϊ. τὸ δ' αὐτὸ καὶ ἐπὶ τῶν οὐδετέρων, ἔγχεϊ, τείχεϊ, ξίφεϊ. Paucissimos qui resistant dativos corrigendos esse iure Roehlius intellexit; igitur Z 126 σῷ θάρσει in θάρσεϊ σῷ exemplo θαρσεϊ ᾧ (H 153) mutavit; Ψ 719 οὔτ' Ὀδυσεὺς δύνατο σφῆλαι οὔδει τε πελάσσαι collato versu κ 440 correxit in σφῆλας οὖδάσδε πελάσσαι; et X 299 τείχει eleganter emendavit in τείχεσσ'. His de coniecturis copiosius infra dicam: nunc addo fugisse eum exemplum τάχει Ψ 515, praetermisisse Odysseae locos γ 91. χ 460, cum errore (p. 30) attulisse φάει P 637 'ante vocalem positum'. Cetera a Roehlio animadversa singillatim referre longum: nos tantum dignissima quaeque laudare iuvat; id unum dolemus, quod ille tam arcto gyro quaestiones suas conclusit.

Denique Guilelmus Christ, cum variarum contractionum genus in libello 'die Interpolationen bei Homer' (Sitzungsber. der b. Acad. 1879, I.) itemque synizeseos in libro de re metrica ([2] p. 27 sq.) attigisset, nuperrime in editionis Iliadis prolegomenôn libro secundo materiem ad hanc meam curam spectantem ita congessit atque excussit, ut eodem modo quo spicas legentes insequi divites solent messores, huic et Nauckio succedere me grato animo confitear.

Is antequam in peculiari capite 'de vocalibus diducendis vel contrahendis' dissereret, in duobus qui antecedunt commentariis 'de vitiis ex vetere scriptura natis' et 'de metricis rationibus' multa quasi obiter perlustravit atque emendavit: ex his ad illa quae ipse explorata habeo, ut πεπτεότ', non πεπτεῶτ', σφεδανόν, non σφεδανῶν, lectores relego eaque sola memorabo quibus nonnihil addere posse mihi videor. Quodsi p. 107 inter Ἄρει et Ἄρῃ non disceptavit, nos cum Hoffmanno Roehlio Ἄρῃ praeposuimus. In versu Λ 686, ubi οἷσι χρεῖος ὀφείλετ' Aristophanes, οἷσι χρέως ὠφείλετ' Arist-

archus maluit, ut Aristophanis lectionem praeferendam esse concedo, ita Aristarchum οἶσϊ χρέως cum Attica correptione, non οἶσϊ χρέως cum contractione duarum vocalium legisse arbitror. Θρέικες trisyllabum — producta forma Θρήικες Δ 533 Κ 434 haud scio an digammi obsoleti vim prodat*) — iam apud Nauckium proponitur, a Christio in textu exaratur: item δήιος rectius δέιος quam δῄος legi iam monuerat Nauckius Mél. Gr.-R. IV, 127. Ahrensii coniectura οὐρανόθι πρῴ (Γ 3) a Christio non solum confirmata, sed etiam in formulam ἠῶθι πρῴ (Λ 50 ε 469 ζ 36) translata primum mihi dubitationem iniecit, cum πρῶι, nusquam πρῴ Homero usitatum, cernerem et id, quod proprie πρόϜι (Curt. Et.[5] 284) fuisset, aliquanto difficilius in πρῴ coire videretur: sed πρῴην et πρῷρα formae hoc contractionis genus satis excusant. Quae a verbis ἄνωγα et γέγωνα proficiscuntur formae, in libris plerumque confusae, tandem a Christio extricantur.

Idem in capite ‚de metricis rationibus' cum versus ὁλοσπονδείους aliosque ob nimios spondeos languidos solutis contractis formis ut (χήτει, Πάνθου, σύγχει) pristino nitore adornasset, versus quos vocant ἀκεφάλους aut excusavit aut correxit; in quis cum eos secutus esset qui Χ 236 'ὃς ἔτλης ἐμεῦ εἵνεκ'' in 'ὃς τλῆς εἵνεκ' ἐμεῖο', transponerent, ego facilius duco 'ὃς δὴ τλῆς ἐμεῦ εἵνεκ'' — (ὃς δὴ cf. Β 117. Ο 291. Φ 315. Ω 167. η 156) — sive ὅς ῥ' ἔτλης.

In extrema huius capitis parte de synizeseos usu tres leges p. 123 Christius constituit, quas infra larga exemplorum copia comprobabo: eam aut in iis vocabulis accidere quae alio modo numeris includi non possent aut in extremo pede hexametri aut denique ante caesuram penthemimerem: prima lex cum per se intellegatur — tamen in hac quoque re ne fallamur cautissimos esse decet nos — secunda tertiaque inde

*) Sed haec non unica forma: Θρήικας Β 844 Κ 487 Θρήικα Β 595, Θρηικίης Ν 13 Θρηίκιοι Κ 559. Θρηίκιον Φ 230. 808. Θρηικίῳ Ν 577. Θρῃκῶν Ε 462 (in versu a Nauckio notato) metro stabilita.

factae esse videntur, quod intervallum maius in fine versus, minus in quinaria caesura ubortum maiore et quasi superfluo vocalium pondere expleri poterant.

Dein Christius in fine versus elisionem admittit, ut non solum Ζῆν' sed etiam κρέ' ι 347, ubi libri ἀνδρόμεα κρέα, scribi mallet. At pluralis κρέα (κρέFa) cum non sit ex κρέαα ortum sed heterocliton secundae declinationis — semper pyrrhichius est, ut α 112. γ 33. ι 162. 557 . . eodem modo quo γέρα (⏑ ⏑), — facilius contractionem admittit, praesertim cum etiam ῥέα (ῥέFα) M 381 e. Υ 101 e*) in libris vetustioribus non facile expelli queat.

Quae in capite 'de formis veteris graecitatis' insunt, pleraque ut genetivos αω εω, αων εων et accusativos in υς infra tractabo, pauca nunc praemitto et suppleo: sic Ἄλτεω Φ 86, quod ille pag. 137 Ἄλτα' scribit, trisyllabum esse potest; p. 138 ad genetivos in -εω ante consonas positos Ἀΐδεω λ 635, Μενοιτιάδεω Π 554 addendi; p. 139 in secunda linea removendum est ἐριθηλέων E 90 cum sit tertii non primi ordinis; p. 142 μεγάροισι γοῷμεν et χρυσέῃσιν ῥάβδοισι praeferenda esse demonstrabo.

In capite de medio digammo (p. 170) Christius catalogum formarum quae restitui digamma praefracte vetant exhibet: e quibus κοῖλος et κρέα iam commemoravi; alia, ut ἄτη ἄσατο Ὀδυσεῦς οἰός οἴω ἆθλον τεχνῆσαι τιμῆς καιρουσσέων postea tractabo; tres vero voces quae superant, ἦρι λοόσῃ τεθνεῶτι, statim inquirere mihi liceat. Et ἦρι, quod ex analogia ἠέριος proprie ἠ(F)έρι sit necesse est, non comparet nisi in carmine iuniore I 360 et in Odyssea τ 320, υ 156; ceterum I 360 haud scio an inceperit: ἠέρι Ἑλλήσποντον, non ἦρι μάλ' Ἑλλήσποντον. Neque nomine ἠριγένεια adverbium contractum ἦρι satis firmatur: ἠεριγένεια enim versu includi nequit; de origine cf. Curt. Et.[5] p. 400. 401. Dein λοόσῃ in versu Ξ 7

*) littera «e.» numeris versuum apposita significat vocabulum antecedens in exitu versus sive sexto pede collocatum esse.

θερμήνῃ καὶ λούσῃ ἄπο βρότον αἱματόεντα,

cum λοετρὰ antecedat, ferri posse nego. Sanavit locum Nauckius scribendo θερμήνῃ λοFέσῃ τε, cum hiatu iusto, non sine libri D adminiculo, qui λούσηδ' omisso καὶ exhibet. Simili modo τεθνεῶτι τ 331,

ζωῷ, ἀτὰρ τεθνεῶτί γ' ἐφεψιόωνται ἅπαντες

ubi τεθνειῶτι DM, τεθνηῶτι Augustanus, idem correxit reponendo ζωῷ, τεθνειῶτι δ'; forsan simplicius emendabitur: ζωῷ, ἀτὰρ τεθνηότ' ἐφεψιόωνται (τεθνηότα, -ότας etc. T 300. N 659. P 401. 435. φ 84. ο 23. ω 20. 56; ι dativi eliditur decies septies, v. La Roche, Einleitung § 30, idque in caesura quinaria K 277. Λ 544. Ω 26). Quodsi Christius (proll. § 110, p. 183) duobus formis τεθνεῶτι τ 331 et περὶ σκυλάκεσσι βεβῶσα υ 14 detineri videtur, quominus participiis perf. act., quorum suffixum vat esse in sanscrita lingua constat, spirantem F (τεθνηFότες ἑστηFότες μεμαFότες) reddat, ego alteram formam eliminasse mihi videor, alteram excusatam esse censeo, cum in extremo versu reperiatur, nisi corruptela gravior latet (fort. βιβῶσα vel potius βιβᾶσα, v. λ 539). Et Sonne quidem (K. Z. XIII 440) se una forma prohiberi negat, quominus F inserat: „die synizese τεθνεῶτι, welche allerdings auf τεθνηότι, nicht τεθνηFότι deutet, kann den Schluss nicht stützen, dass in τεθνηFότος der Spirant bereits verstummt gewesen. Richtiger würde aus der Seltenheit dieser Synizese geschlossen, dass der Spirant der Grundform noch so ziemlich in Kraft gewesen sei."

Ad Christii prolegomena unde digressus sum redeo. Qui in supremo secundi libri capite quod inscripsit 'de vocalibus diducendis aut contrahendis' idem quod nobis proposuimus tractavit. Et postquam tribus litteris σ, F, j diphthongos Atticae dialecti olim secretas esse exemplis collatis demonstravit, primum duo contractionum genera, unum metri causa factarum, alterum in clausula versuum extantium, ut satis per se excusata praemittit. Prioris generis exempla, a Christio arctioribus quam antea factum erat finibus descripta, si per-

lustrabimus, non tantum excusata ea videbimus, quod alio modo numeris includi non poterant, sed ne omnibus quidem in versuum pedibus usurpata: etenim in eiusmodi vocabulis miram quantam rationem s e d i s qua ea collocaret habuit poëta.

Sic in tertia sede seu ante caesuram quinariam πρωτοπαγεῖς πρωτοπαγέα αἰνοπαθῆ τεμένη ὑψερεφέα ἀλλοϊδέα ἀσινέας Ἐρέβευς (λ 37) ἀικῶς εἰλεῦντο σφαραγεῦντο (ι 440) οἰνοχοεῦντες οἰκέοιτο. ἀμφιβαλεῦμαι λωτεῦντα inveniuntur; in quarto pede fere omnia participia extant necessitate illa contracta, ut γουνούμενος φοβεύμενος αἱρεύμενος ἱκνεύμεναι, item verba ut θηεῦντο K 524 σφαραγεῦντο ι 440, in fine vero hexametri futura medii καμεῖται ὀμεῖται ὀλεῖται μαχεῖται. Cetera quae aut hac aut alia excusatione carent ut infra pluribus edisseram, non possunt suspicionem non movere. Ut exemplo utar: Ἀγέλεως χ 131^{2}. 247^{2} cur poëtae dicendum erat, cui Ἀγέλαος praesto esset? Quid? eundem quem Πηνέλεως dicere debuisse concedemus, nonne ob eandem metri causam Μενέλαος semper dixisse scimus? Quamobrem optimo iure Nauckius, cum in codice Augustano
αο εο
modo Ἀγέλεως (χ 131) modo ἀγέλαος (χ 247) scriptum esset, ceterum ἀγέλαος ap. Eustath., in edit. Florent., in libris KPRS (χ 131) et in codd. FIMQV (χ 247), quin etiam duobus Iliadis locis (Θ 257. Λ 302) numeris stabilitum extaret, sic versum emendatum edidit: τοῖς δ' Ἀγέλαος ἔειπε.*) Neque νεικεῦσ' formam necessariam esse putabimus: νεικείουσι dicere poterat idem qui νεικείω, -ησι, -ων, -εσκε dixit; at non est idem: hesiodeus enim rhapsodus omnes hos versus (Y 213—255) consarcinavit: nam Y 224^{b} = Hes. theog. 278, qui post hunc versum additur = Hes. theog. 279, v. 227 = Hes. fr. 221, vv. 249 et 250 similes Hes. op. 403 et 721.; ceterum χαρακτῆρα Ἡσιόδειον produnt sententiae (γνῶμαι) accumulatae et recentiorem originem

*) v. Mél. Gr.-R. III 267; εἶπον cum dativo iunctum invenias e. g. E 600. Z 75.

ordo strophicus (2; 4 × 4;*) 4 × 3; 4 × 2; 1, 2, 3). — Tum λελουμένος E 6 et πλυνέουσαι ζ 31 equidem non contracta habeo: illud a radice λοF (λόFω saepius usurpat Homerus) liquefacto digammo recte descendit; hoc non ad praesentis stirpem productam (πλύνω), sed ad futuri correptam (πλῠνῶ) pertinere apparet. De ceteris in paragrapho 103. formis congestis infra dicam: unam θαρσῶν iam nunc sollicitare iuvat in versu E 124[1]

θαρσῶν νῦν, Διόμηδες, ἐπὶ Τρώεσσι μάχεσθαι.

Praesto erant poëtae aut θαρσήσας, ut Υ 338, aut θαρσείων a voce θάρσος derivandum ut νεικείω a νεῖκος. Cur igitur insolito in pede participium contra usum (v. i.) contrahere mallet? Mihi prisca versus forma quae maiorem quoque spiritum ederet fuisse videtur: Νῦν θρασέων, Διόμηδες; de metathesi dicam infra s. v. θάρσος. Transposuisse videtur, qui spondeum primae sedi inculcandum putaret.

Alterum contractionis genus, in versus clausula excusatum, exemplis infra augebo.

Dein ι vocalem facilius cum antecedente in diphthongum coire Christius contendit: quamquam exempla quae attulit γήρᾳ δέπᾳ σέλᾳ Ἄρει (v. s.) κελαινεφεῖ ὑπερμενεῖ ἐυστρεφεῖ Ἄργει γένει non omni suspicione carere infra apparebit: poterat afferre dativos in υῖ ob cognatas vocales fere omnes contractos, quos postmodo commemorabimus.

Verba δῄουν et γουνοῦμαι 'quamquam vix casu factum est ut omnibus locis solvi possint', tamen factum consulto ob id esse contendas quod primam versus sedem tenent; vid. infra.

Exin sequentibus in paginis Christius magnam copiam verborum nominum vocabulorum contractorum, 'quae neque tam facile emendando tolli possent, pleraque in Odyssea et in recentissimis Iliadis partibus extarent' congessit congestisque interdum signum interrogationis appinxit, sicubi eorum

*) non enim eiciendus v. 224 sed cum insequente qui in codd. C. et Stuttg. (Harl. Cant.) traditur recipiendus.

scripturam incertam et dubiam esse sentiret. E quibus cum aliquam partem paragraphis 106—111 singillatim tractet, harum quoque rationem tabulam illam perlustrando habebimus.

Quamquam me quidem non praeteriit emendatoris provinciam latius patere quam editoris et esse facilius coniecturas in commentariolo proponere quam in textu auctoris perscribi iubere, tamen vellem signum illud interrogandi pluribus vocabulis appictum esset. Quodsi ego aliquam partem eorum aut modo aut postea emendando amoturus sum, nihilo minus tantum abest ut Christii cautionem in proponendis coniecturis non laudem aut approbem, ut mihi ipse nimiam interdum audaciam irrogem eoque veniam lectoris iam nunc petam.

λοϝέω verbum medium digamma diphthongo ου soluta dudum ubique fere recepit praeter Ξ 7 (λούσῃ), de quo iam diximus, et formas λούσατε ζ 210 λοῦσθαι ζ 216, ἀπολούσομαι ζ 219.*) Quae formae etsi non in antiquissima Odysseae parte feruntur, tamen ne in recentissima quidem: adde quod et eodem in carmine soluta λοϝεσσάμεναι λοϝέσσατο λοϝέσσομαι (vv. 96. 227. 221) metro stabilita sunt et carmen aetate infimum ω solvere patitur λούσαιτο (ω 254), λοῦσεν (ω 366); qua de causa tres illae formae suspectae sint necesse. Et versum ζ 210

λούσατέ τ' ἐν ποταμῷ, ὅθ' ἐπὶ σκέπας ἔστ' ἀνέμοιο

Nauckius censet exordium habuisse: δείξατέ τ' ἐν ποταμῷ. At perspicuum est Nausicaae puellas Ulixem loturas fuisse aut lavanti futuras auxilio, nisi ille secedere eas iussiset; igitur λούειν non sensu caret, sed forsan sic formandus versus: ἐν ποταμῷ δὲ λοϝέσσατ', ὅθι σκέπας ἔστ' ἀνέμοιο (δ' habent APSV); sive: νίψατέ τ' ἐν π'., cf. μ 336. Tum ζ 216:

ἤνωγον δ' ἄρα μιν λοῦσθαι ποταμοῖο ῥοῇσιν;

Nauckius scribit neglecta caesura ἤνωγον δὲ λοϝέσσασθαι; equidem propono

---

*) vide Nauckii observationes, Mél. Gr.-Rom. IV 55 sq. (Buttmann, Sprachl. II 236).

ἤνωγον δ' ἄρα μιν ποταμοῖο ῥοῇσι λόϜεσθαι.

Denique ζ 218. 219:

ἀμφίπολοι, στῆθ' οὕτω ἀπόπροθεν, ὄφρ' ἐγὼ αὐτὸς
ἅλμην ὤμοιιν ἀπολούσομαι, ἀμφὶ δ' ἐλαίῳ . . . .,

Nauckius reposuit ἀπονίψομαι; ego, siquidem Bentleii audaciam, duorum versuum verba E 682. 683 propter digamma invertentis, fas erit sequi, ausim mutare: ὄφρ' ἐγὼ ἅλμην αὐτὸς ἀπ' ὤμοιίν γε λοϜέσσομαι . . . (cf. Θ 194. Π 663. P 126. T 412. φ 118). Quodsi Christius Π 669. 679 solutam formam λόϜεσον reponere veritus est, ne iusto volubiliores numeri fierent, trochaeos retardantes versibus 674 et 675 iure ego concedam, sed antecedentibus propter vocabula κραιπνοῖσι (671) et ὦκα (672) dactylos inserere nullus dubito.

Θεός nomen apud Atticos scriptores saepenumero monosyllabum hanc licentiam duobus solis versibus A 18 et ξ 251 apud Homerum arrogavit: quorum priorem Bentlei ingenium tam feliciter sanavit, ut Christius haud cunctanter ὔμμι θεοὶ μὲν δοῖεν in textum receperit (ὑμῖν μὲν θεοὶ δοῖεν libri); alterum versum ξ 251

θεοῖσίν τε ῥέζειν αὐτοῖσί τε δαῖτα πένεσθαι difficiliorem ad emendandum Nauckius in editione sua ita tentabat: „ῥεζέμεναί τε θεοῖς'"? Miror quod alterius coniecturae „δαίμοσί τε ῥέζειν", quam fecit Mél. Gr.-R. IV, 441, nullam iam habuit rationem. Nam et simplicior est et facillime fieri poterat, ut in locum δαίμοσι, quam vocem homerica illa notione (θεῶν) postmodo privatam esse constat, illud θεοῖσιν succederet.*)

Στέατος φ 178. 183, in versu ἐκ δὲ στέατος ἔνεικε μέγαν τρόχον ἔνδον ἐόντος, si Atticorum usum scriptorum spectes, proprie amphibrachyn esse colligas ex locis Alexidis ap. Athen. 7, 326, e:

τὰ πτερύγι' αὐτῶν συντεμών, στεατίου

et Diphili ib. 4, 428 (38)

---

*) cf. δαίμοσιν ἀρήσασθαι Z 115.

παχὺς ὠνθυλευμένος στέατι Σικελικῷ;

igitur ut bene in iambo, ita in hexametro male inesse poterat, nisi synizesi admissa quae ideo gravior est, quod stirps eius στεFαρτ fuisse videtur, cf. Curt. Gr. Et.[5] p. 212. Hoc igitur si effugere volemus, aut στ positionem non efficere aut abici sibilantem initialem posse nobis statuendum erit, cuius utriusque rei exempla sunt Σκάμανδρ(ι)ος (B 465. 467. E 36. 49. 77)*) et σκέπαρνον (ε 237. ι 391): aut enim in his ne σκ quidem antecedentem syllabam producit, aut Κάμανδρος cum libris deterioribus (G. L. Mor. Harl. Lips. Bar. etc.) et κέπαρνον (Q = Vind.) scribendum; ceterum iam et schol. A 1, Φ 2 Κάμανδρος memorant. Sed vide ne alio modo difficultas expediri possit; illud enim, quod initio posuimus, στέατος vocem esse amphibrachyn, ut in Atthide exploratum habemus, ita Homerico sermoni abiudicabimus, siquidem recte Brugman(n) (Curt. St. IV 115. 165) hanc vocem transmutatione quantitatis ex * στήᾰτος (cf. φρείᾰτα vel φρήᾰτα Φ 197 epicum; φρέᾱτα atticum, Curt. Et.[5] 303) ortam esse censuit. Igitur facilius versum illum φ 178 ita corrigere nobis licebit:

ἐκ δὲ στήᾰτος οἶσε μέγαν τρόχον ἔνδον ἐόντος;

etenim οἶσε priscus imperativus χ 106. 481, ut οἰσέτω οἴσετε alibi occurrit, cuius in locum vulgarem illum ἔνειχε successisse perquam probabile est. At altera e versu φ 183, qui illum iterat, oritur difficultas: etenim ut οἶσε hoc in versu indicativi sensu accipiamus cogimur. Quid igitur? An tam artis finibus usum dicendi Homeri aetate circumscriptum putamus ut aoristi

*) adde E 774. H 329. Z 402 Λ 499. M 21. Υ 74. Φ 124. 223. 305. 603. X 148. Υ 174. Varr. lectt. Κάμανδρος congessit La Roche, Hom. Unt. p. 43. — Hoffmann, (Φ u. X der Ilias) proll. p. 117, σ in Σκάμανδρος tenuem sibilantem esse putat non necessariam; analoga esse (σ)μικρός, π(τ)όλις: melius Kühner (griech. Gramm. I p. 71) exempla Homerica affert: (σ)κίδνασθαι Π 375. Ψ 227 σκέδασεν P 749, κεδασθέντες B 398; κάπετος proprie σκάπετος; alia ap. alios. Cf. etiam Curt. Et.[5] p. 693 sq.; et Lobeck, Path. Elem. I 125 sq., qui dum κέπαρνον Κάμανδρος damnat, magnam exemplorum copiam ministrat. —

*οἶσον imperativum solum et infinitivum (Γ 120. Ψ 564) ideo quod casu superstites sunt, in ore hominum viguisse concedamus?

De ceteris formis a Christio collectis aut iam dixi aut posthac suo ordine dicam; ea quae de ἄκων ἆτος θέιος οάρεσσι κρεάων*) referuntur, cum nec novi aliquid nec melius addere possim, hoc loco memorasse sufficiat.

Anno ante Christii Iliadem editam in lucem prodiit Aug. Fickii editio Odysseae (Göttingen 1883), cuius si praefationem perlegemus, tandem ille extitisse nobis videtur qui Homeri carminibus, omnibus vitiis librorum et grammaticorum erroribus sublatis, pristinam formam et omni parte aequalem redditurus sit. Sed si rationes eius scrutabimur, non eam dico qua aeolicas formas Homero suo restituit (hanc enim ei libenter concedemus), sed illam qua partim ionicas formas, cum suis versibus obstarent, eliminavit, partim propter illas magnam versuum seriem extrusit (p. 302 sq.), non modo non assentiemur sed adversari cogemur. Etenim cum praeter digamma omissum certissima ionicae interpolationis vel redactionis indicia contractas esse formas sibi persuasisset, has ita adortus est, ut quattuor de causis eius ratio prudentibus ac circumspectis existimatoribus non improbari non possit. Primum enim, id quod iam Christius in recensione libri eius (Philol. Anzeig. Nr. 2. 3, 1884, p. 97 sq.) clara in luce posuit, non eadem cura ac diligentia qua Nauckius rem tractavit, ut omnibus exemplis congestis demonstraret, qua ratione, quibus versibus emendandis, quibus damnandis aut solvi aut eici possent quae molestae viderentur contractiones, sed ut unam alteramve formam obiter stringeret, non homericam esse affirmaret, ferri se posse negaret. Monuit Christius tali modo de

*) unam quae restat contractam formam κρεῶν (ο 98) equidem non corrigere sed quod in parte Telemachoiae extat, indicium recentioris originis habere malo.

formis Ἑρμῆς γῆ ἕως eum parum circumspecte iudicasse: addo duo alia contractionum genera, quae non agmine composito impugnavit sed quasi velitum ritu singulas sollicitavit: genetivos plur. in -έων (v. δ 353. 604. 723. 813. ο 70. μ 318. etc.), in Iliade saepius quam in Odyssea occurrentes quomodo aut effugere aut excusare possemus, ne verbo quidem attigit; item η 201 ἐναργεῖς cum vexaret, de nominibus quibus in -ες (-ος) desinit thema, omnibus observare debebat, non addere neglegenter 'vielleicht sind alle Stellen, wo diese unhomerische Form vorkommt, jüngeren Ursprungs.' Tum Kirchhoffium secutus ex eo quod in multis carminum partibus, ut fabula Veneris et Martis (ϑ 266—369) vel hortis Alcinoi (η 103—131) vel ultimo libro ω, passim recentioris Iadis formae inveniuntur, quarum in locum aeolicas substitui metrum non patiatur, non modo hoc demonstrari censet, redactorem illum Kirchhoffianum ex Ionum gente fuisse — hoc enim dudum inter omnes constat, — sed quasi tacite illud quoque genuinam Odysseae formam esse aeolicam. At partes illae non modo ab aeolico sermone abhorrent, sed aeque ab Iade antiquiore, neque tantum in aeolico Homero, sed ne in genuino quidem illo Ionico poëta tolerabiles sunt. Dein Fickius, qui tot tantaque novavit neque verborum ordinem curavit, saepenumero eicere versus quam recipere coniecturas vel probabilissisimas maluit, scilicet ut Cynaetho suo illos tribuere posset; sic α 183 πλέων, δ 282 ἢ εἰπέμεναι, χ 242—247 Ἀγέλεως Nauckius tam feliciter emendavit, ut propter dubias has formas non totas series versuum damnare deberet; vel quidni φ 165 ἀντία Fῆς cum Nauckio legemus? Quid? Nonne ipse Fickius argumenta sua e sermone Homerico petita saepissime debilitavit, cum coniecturas facillimas praesto esse adderet? Sic cum α 225 et alibi χρεώ offenderet, addidit per uncinas 'wofür man freilich zur Not χρὴ setzen könnte'; similiter in libro ω: προυχοόσῃ (82) 'liesse sich προεχοόσῃ lesen'; κατὰ δῶμαϑ' ἑκάστου (188) 'wofür sich allerdings δῶμα lesen liesse'; ἐκτήσω

ἄκοιτιν (193) 'liesse sich ἐκτῆσα' lesen'; υἱεῖς (387) 'wofür man allerdings υἷες lesen könnte'. Talia argumenta obsunt ei magis quam suffragantur. Denique quod magis etiam vituperabimus, una eademque forma ionica in carmine aeolice transcripto tacite corrigitur, in ionica redactoris illius lacinia aperte ut ionicum arguitur vitium. Ut exemplo illustri utar, quid si versum spectes, interesse statuas inter φιλοίη δ 692 e. et φοροίη ι 320 e? At illud argumentum ionicae originis esse Fickius vult, hoc in φορῆοι clam mutavit. Rationem et constantiam si cui deesse argumentationi videbimus, cauti et increduli ab ea recedemus.

Post tot virorum doctorum in Homeri sermonem merita inaudita me afferre posse vel intentata tractare quivis negabit: nihil igitur aliud restat quam ut numeros exemplorum adaugeam, sedes formarum metricas inquiram, insolita modo excusem modo corrigere coner, cura maioris fere operae quam lucri. Itaque primum de contractis ordinum singulorum nominum formis dicam, tum de pronominibus personalibus, dein de verbis contractis, de contractae formae futuro, denique de reliquis quae huc pertinent vocabulis disputabo.

II.

De nominibus primi ordinis.

Primi ordinis genetivi et singularis et pluralis numeri primi hoc loco tractandi sunt, quorum sonora varietate eam qua Homerus usus est dialectum ceteris praestare constat. Et singularis genetivus nominum masculinorum quorum in ā desinunt stirpes, suffixo 'sjo' adiecto formatus has varias mutationes pati succincte praemittam (v. G. Meyer, Griech. Gramm. Leipz. 1880 pag. 292 sq.):

*ā+sjo

ᾱο vet. graecit., epic., boeot.,

εω ion. ᾱ dor. lesb. αυ arcad. cypr.

εω c. syniz.

ω simplex.

ᾱο veteris graecitatis, non aeolicus terminus in Iliade centies sexagies septies traditur — nonnumquam cum codd. minorum errore, ut Θ 100, N 646, Π 686 — in Odyssea vero septuagies septies idque non modo quod hoc carmen aetate aliquantum inferius est, sed etiam quod minor in eo copia nominum personalium; verum in utroque carmine certis versuum sedibus hic terminus invenitur, aut tertia aut quinta aut sexta, quarum in tertia quidem sextaque sede clauduntur dimidia pythii versus. Rarissime haec lex neglegitur: quater divisae vocales αο inter quartum quintumque pedem: N 415. λ 277: πυλάρταο κρατεροῖο; quam clausulam imitatur Θ 367 πυλάρταο προέπεμψε et Ψ 848 Πολυποίταο κρατεροῖο. Tum in secunda sede tria Iliadis exempla, sex Odysseae:

Αἰνείαο E 263. 323. ἀργεστᾶο Λ 306.

εἰς Ἀίδαο δόμους κ 175. 491. 564. ξ 208. Τειρεσίαο λ 151.

Ἑρμείαο ο 319.

Memoratu dignum quod schol. A ad E 263 traditur 'Ζηνόδοτος δὲ Αἰνείω γράφει' idemque ad E 323 'ἡ διπλῆ, ὅτι Ζηνόδοτος γράφει Αἰνείω· οὐκ ἔστι δὲ Αἰνειώς ὡς Πετεώς', unde Zenodotum Αἰνειῶο declinasse editores, ut Friedlaender, collegerunt. Sed Zenodoti librum etsi AINEIΩOΔ habuisse statuam, tamen haud scio an potius in Αἰνείω δ δ' diducendum sit in versu E 323; contra E 263 Zenodotum Αἰνείω δ' ἄρ' habuisse conicio, cum Αἰνείω eodem loco E 534 recurrat. Indigna enim mihi videtur res Zenodoteo Homero omnes errores inculcare, Aristarcheo omnes adimere. Denique inter secundum ac tertium pedem divisum Ὀρέσταο, α 40, unicum exemplum.

εω exitus disyllabus uno in versu extat Φ 86 Ἄλτεω, ὃς Λελέγεσσι, ubi Christius lectione cod. C ἄλταο nisus iure Ἄλτα' scripsit.

εω cum synizesi legendus exitus in Iliade tricies septiès occurrit, duodetricies in Odyssea:

ἀγκυλομήτεω Β 502. 319. Δ 75. Ι 37. (Μ 450) Π 431. Σ 293. φ 415 ubique in clausula. Nauckius e coniectura «ἀγκυλόμητις?», v. Mél. Gr.-R. IV 108—124.*)

---

*) Iam, quandoquidem dissentio, ea pluribus tractabo, utrum in Homero composita, quorum pars posterior -μήτης sit ut ἀγκυλομήτης, an quae in μητις cadant, ut πολύμητις, sint praeferenda: etenim ingentem compositorum similium materiem Nauckius l. l. e scriptoribus omnium temporum congessit congestaque ita discripsit atque disposuit, ut neque apud quos scriptores extarent neque qua aetate vigerent sed casus tantummodo grammaticos pensitaverit. Quid igitur mirum si in ipso nominandi casu maxima pars in -μητις exit, exempla scilicet Alexandrinorum e faece hausta, denique si formae in -μητις numero praevalent? Pergit Nauckius in hunc modum: 'Apud optumos auctores formas in-μήτης exeuntes omni fide carere, apud posteros ad mala exempla defictas esse; omnes omni in loco sic positas, ut exitus -μητις restitui possit. Quod apud Homerum Saturnus ἀγκυλομήτης cognominetur, hoc inde factum esse quod -της exitum masculini proprium quidam habuerit, -τις feminini, ut ἐργάτης, ἐργάτις; denique nullum genetivum offendere nisi illum saepius iteratum 'Κρόνου πάϊς ἀγκυλομήτεω', qui male suppositus sit genuinae lectioni 'Κρόνου πάϊς ἀγκυλόμητις': nam si Iovis mentio fiat, ipsius proprium, non patris attributum nos requirere; certe Iovem quoque ἀγκυλόμητιν appellari posse. Fortasse doctos grammaticos, cum Κρόνου πάϊς ἀγκυλόμητις invenirent, intempestive revocasse in memoriam hoc Saturni quoque proprium cognomen.' Ad haec ego respondeo: primum si non omnia omnium temporum scriptorumve composita, sed ea inprimis quibus Homerus vetustioresque poëtae sunt usi, e materie Nauckii congeremus, utramque formam pariter in usu fuisse videbimus:

-μήτης: ἀγκυλομήτης Δ 59. Hes. Th. 137. 168. 473. 495. hymn. 4,22. 42.
? αἱμυλομήτης hymn. Merc. 13.
αἰολομήτης Hes. fr. 32,4.
αἰπυμήτης Aesch. Prom. 18.
ἀργιμήτης Phryn. fr. 15. p. 560.
βαθυμῆτα Pind. Nem. 3,53.
δολομήτης Α 540 hymn. Merc. 405.

'Αίδεω Θ 16[3]. κ 512[3]. λ 635[2]. μ 17[2]. φ 322[2].
(αἰθρηγενέτεω conicit Nauck. O 171, T 358).
'Αρμονίδεω Ε 60[2].
'Ατρεΐδεω Β 185[3]. Λ 180[2]. 231[3]. Π 76[3]. Ψ 434[2].
δ 356[3]. ι 263[3].
ἐριβρεμέτεω Ν 624[3].
"Ιδεω Ι 558[1].

-μήτης: κλυτομήτης Philostr. imag. c. 13 e Sophocle.
ποικιλομήτης Λ 482. γ 163. η 168. ν 293. χ 115. 202. 281. hymn. Ap. Pyth. 144. Merc. 155. 514.
-μητις: αἰσχρόμητις Aesch. Ag. 222.
αἰολόμητις Aesch Suppl. 1037. Hes. th. 511.
δολόμητις α 300. γ 198. 250. 308. δ 525. λ 422. Aesch. Pers. 93. Suppl. 750.
ἱππόμητις Pind. Isthm. 7, 9.
? κακόμητις Eurip. Or. 1403.
κλυτόμητις hymn. 20,1.
κοινόμητις Aesch. Suppl. 700.
μεγαλόμητις Aesch. Ag. 1426.
πάμμητις Simon. fr. 61.
πολύμητις 'Οδυσσεύς, octagies sexies ap. Hom. — hymn. Merc. 319. XXVIII, 2.
πραΰμητις Pind. Ol. 6, 42.
ποικιλόμητις Soph. fr. 530.

Mittenda certe a Nonno, Oppiano, Gregorio Nazianzeno ficta, ut ἀφθιτό-, ἐμπεδό-, καρτερό- μητις etc.; quibus noviciis si idem quod vetustis illis ius tribueris, composita in -μητις superiora fore liquet. Sed haec leviora: dicendum de Homeri illo Κρόνου πάις ἀγκυλομήτεω. Formam -μήτης in locum -μητις successisse putat Nauckius, quod illa masculini propria haberetur: at non rectum casum uno loco Δ 59 extantem hanc suspicionem movere par erat, sed crebriorem genetivum. Cur hic ferebatur? Cur nemo epitheton Iovi tribuit deformans eundem, quem poëta 'Ζεῦ κύδιστε μέγιστε' alloquitur? Nec vero illud ab Homero alienum patrem attributo exornare, non item filium, ut Σ 18 'ὤ μοι Πηλέος υἱὲ δαΐφρονος' vel Ε 25 'μεγαθύμου Τυδέος υἱός'. Ceterum moneo duos deos uno adiectivo insignes minime Graecorum decere religionem: qui si quo communi nomine deos implorabant, ἄνακτας illos quidem, ἀνάσσας seu ποτνίας deas dictitabant: ἀγκυλομήτης unius dei proprium. Denique conflatam ἀγκυλομήτεω formam in exitu versu peculiari excusatione defendendam non ita aures coronae offendere par erat; sic in fine plurales ἐφετμέων αὐτέων θυμοραϊστέων alia.

ἱκ εω Ω 158⁴. 187⁴.
κυβερνήτεω μ 412³.
Λαέρτεω δ 555³. ι 505³. χ 185².
Λαερτιάδεω μ 378⁵. π 104⁵. ρ 152⁵. σ 24⁵. 348⁵. τ 165⁵. 262⁵. 336⁵. 583⁵. φ 265⁵. χ 339⁵.
Μενοιτιάδεω Π 554³. Σ 93⁵.
Νηληιάδεω Λ 618⁵.
Πηλεΐδεω Ο 64⁵. Ρ 195². Υ 85². ϑ 75⁵.
Πηληιάδεω Α 1⁵. 322⁵. Ι 166⁵. Π 269⁵. 653⁵. (Ρ 214⁵ Zen.) Ω 406⁵. 431⁵. 448⁵. λ 467⁵. ω 15⁵.
Πριαμίδεω Υ 77².
συβώτεω ξ 459⁴. ο 304⁴.
Τυδεΐδεω Ε 16². Κ 566³. Π 74³. Ψ 405². γ 181².
Φυλεΐδεω Ο 519².

Docet haec tabella syllabam εω plerumque in arsi secundi tertii quinti pedis conflari; unum ἀγκυλομήτεω in exitu excusatur, unum Ἴδεω versum incipit in novicia fabula Meleagri. Ceterum in quarti pedis arsi ἱκέτεω recens carmen Ω, in eiusdem thesi συβώτεω carmina ξ et ο habent.

Acute Christius (proll. p. 137 sq.) advertit formas Πηληιάδεω Πηλεΐδεω Ἄλτεω Νηληιάδεω Ἀτρεΐδεω, Αἰνείω βορέω (v. i.) nisi ante vocales non legi ideoque, cum libri quoque Σ 93 et Φ 86 inter αο et εω exitus vacillent, restituto termino α' i. e. αο numerum synizeseon illarum aliquanto minui idque in veteribus belli Troiani nominibus (Ἀτρεΐδης, Πηλεΐδης); contra Tydidae regis in societatem veteris famae recens recepti nomen ionicam formam facilius admittere. De elisa ο vocali infra dicam; nunc addo Christii opinionem eo quoque confirmari quod Odysseae heroum nomina Λαερτιάδεω et Λαέρτεω idem patiuntur et in Iliadis versu Θ 16 lectio Ἀΐδα', cum sit Ἀΐδαο Plutarchi (de facie in orb. lun. 25), magis quam librorum Ἀΐδεω probanda videtur. Contra Μενοιτιάδα' etsi Σ 93 substitui potest, recalcitrat tamen Π 554

ὦρσε Μενοιτιάδεω ΠατροκλέϜεος λάσιον κῆρ.

quamquam enim libri LS formam in -αο desinentem habent, tamen Πάτροκλος correpta prima syllaba nusquam apud Homerum sed apud atticos poëtas et Alexandrinos extat.*)

ω terminus non legitur nisi antecedente vocali:

ἐυμμελίω Δ 47[5]. 165[5]. Z 449[5].

βορέω Ξ 395[5] Ψ 692[5]. ξ 533[5].

Ἑρμείω O 214[3].

Αἰνείω E 534[2] schol. B 461 (-εω ACDGHLMN. αἰναίαο O). (B 461[1] libri editoresque inter Ἀσίω et Ἀσίῳ fluctuant.)

Hunc terminum non ex εω contractum esse iudicat G. Meyerus (Gr. Gr. p. 292): intercidere enim solere tribus vocalibus concurrentibus mediam brevem (ε). Quamquam his ex formis Αἰνείω et βορέω evitari posse modo memoravi; certe Αἰνείεω portentum nullo modo ferendum. Ἑρμείω vero O 214 non sine suspicione est; tradit enim schol. A: τινές·

Ἥρης Ἡφαίστου τε καὶ Ἑρμείαο Ϝάνακτος:

nam Ἡφαίστοιο Ϝάνακτος cum Σ 137. ϑ 270 versum claudat, hoc quoque loco transpositum videtur, quamquam Mercurius eodem iure Ϝάναξ audit, ut B 104: hoc enim post devictos Titanes duodecim deorum Olympiorum commune cognomen fuit, (v. μ 290, Pind. Ol. X 49), itaque etiam singulorum proprium (Ζεῦ Ϝάνα, Ποσειδάωνι Ϝάνακτι, Ϝάναξ Διὸς υἱὸς Ἀπόλλων, Διόνυσος ἄναξ Soph. Ant. 1150, Ἐνυαλίοιο ἄνακτος Archil. fr. 1). Ceterum pluribus hoc persequi non tanti est, cum O 212—217 interpolata videantur.

Primae declinationis pluralis genetivus, compositus ille ex ᾱ thematica vocali et s̊ām suffixo pronominali, hoc quasi stemma originis et mutationis habet (G. Meyer, Gr. Gr. p. 305):

*) unicum exemplum quod libri habent Z 479 «καί ποτέ τις Ϝείπῃσ[οι A supra lin.] · πατρός» nuper A. Ludwich, Aristarchs homer. Textkritik II 351 sq. analogis versibus H 87. Z 459. X 106. ζ 275. φ 324 male defendit, quod optativi insequentes correctionem in cod. A tuentur.

*ᾱ+sām

ᾱων, epic. boeot. * ήων (?)

(ᾱον) — έων ion.

ᾱν dor. lesb. — έων c. syniz.

ῶν contr.

Epicus veterisque graecitatis exitus ᾱων centies octogies ter in Iliade, centies vicies ter in Odyssea extat. Quod ad sedem metricam pertinet, ego ipse hanc in rem inquisivi, cum Saycei Angli commentario (Über die Sprache d. hom. Ged., übers. v. Immelmann, Hann. 1881) parum fidei haberem. Extant igitur exempla per versus sedes sic dispertita:

in prima sede, in qua praeter τάων nullum esse per se patet:
decies in Iliade Δ 46. 54. E 320. 332. Θ 156. I 146. 288. 330. 397. Υ 223.
decies in Odyssea β 119. 121. 294. η 117. κ 352. σ 47. τ 345. 373. χ 424. 463.

inter primam et alteram sedem divisis vocalibus verba Chaonii (⏗ — ⏗) pedis:
octo in Iliade: Μουσάων A 604. κροσσάων M 444. ἀράων O 378. Ψ 199. χλαινάων Π 224. εἰράων Σ 531. χαιτάων Ψ 282. νυμφάων Ω 616.
octo in Odyssea: ὀμφάων α 435. ο 25. χ 396. φωκάων δ 442. πασάων ζ 107. ἀλλάων τ 326. νυμφάων ζ 123. ρ 211.

in altera sede unum τάων Π 833, antiquo in versu, sed parum sonoro.

inter alteram tertiamque sedem divisis vocalibus verba Chaonii (⏗ — ⏗) pedis, idque ante caesuram quinariam:
tredecim exempla in Iliade: B 117. 469. I 24. E 752. Θ 396. H 340. M 264. Ξ 77. P 457. Σ 432. Υ 8. 50. X 153.
viginti unum in Odyssea: *α 334. *γ 308. δ 436. ε 443. ζ 122. η 282. ϑ 162. 284. 508. κ 20. 121.

μ 404. ν 104. *126. ξ 199. 302. π 62. *416. *σ 210. *φ 65. ω 418*).

in quarta sede verba aut bacchii (⏑ – –) numeri aut ionici a minore (⏑ ⏑ – –):

septendecim in Iliade: ἀδινάων B 469. Λαπιθάων M 128. ἁλιάων Σ 432. πυλάων E 789. M 131. 145. 171. X 6. 194. 413. Ω 709. θοάων Ξ 410 O 391. 685. θεάων Σ 364. Ω 615. θυράων Ω 567.

novem in Odyssea: θυράων γ 407. ι 304. π 344. σ 32. χ 91. 107. ἱκετάων ι 270. ῥοάων κ 529. ἁλιάων ψ 326.

inter quartam quintamque sedem vocabula epitriti numeri (⏑ – – –) omnia,

undeviginti in Iliade: μελαινάων Δ 191. E 550. 700. O 387. Π 304. P 383. Ω 780. ἀλφάων E 90. ἁμαξάων H 426. κραταιευτάων I 214. θρασειάων Λ 553. 571. N 134. O 314. P 662. Ψ 714. μελισσάων B 87. Ἐχινάων B 625. παρειάων Σ 123.

septem in Odyssea: Μαλειάων γ 287. δ 514. θρασειάων ε 434. Ἀθηνάων λ 322. ὀδιτάων ν 123. μελαινάων ζ 268. φ 39.

in sexta sede, scilicet versus clausula, centum quindecim vocabula in Iliade, duodeseptuaginta in Odyssea, i. e. multo plura quam omnibus in antecedentibus sedibus; perscribere ea longum est.

Conspectus.

Sedes	I.	I. et II.	II.	II. et III.	IV.	IV. et V.	VI.	Summa
Ilias	10	8	1	13	17	19	115	183
Odyssea	10	8	—	21	9	7	68	123

*) Exempla asteriscis notata, tantum Odysseae propria, non Chaonii numeri sunt sed epitriti (⏑ – – –).

Exaravi hanc tabellam, primum ut appareat formam veteris graecitatis in vetustiore Iliade aliquanto saepius usurpari quam in Odyssea, nisi hoc tantummodo e maiore Iliadis ambitu repetere malis. Quid? Singula quoque carmina ita inter se discrepant, ut in novissimo libro K una forma (v. 126) inveniatur, Odysseae libri ο et υ singula exempla habeant, η et φ bina. Dein luce clarius est peculiarem exitus άων sedem fuisse sextam; vocabula vero chaonii numeri (– – –), ne spondiacum redderent versum, in priorem eius partem repulsa esse, quaeque epitritos efficerent, a iambo incipientia, necessario post caesuram κατὰ τρίτον τροχαῖον esse collocata; haec secuta esse quae in quarta sede inveniuntur bachii et ionici a minore. Restat ut propter caesuram fieri posse negem, ut in tertia vel inter tertiam quartamque sedem talis vox ponatur; in quinta vero vel inter quintam sextamque nullam esse posse per se patet.

έων disyllabus exitus rarissimus: πυλέων H 1. M 340. θυρέων φ 191.

έων cum synizesi vicies semel in Iliade, undevicies in Odyssea. Vocabula quae fere creticum efficiunt nisi synizesi admissa versu includi non poterant: aut vetere illo termino άων uteretur poëta necesse erat (cf. Christ. proll. p. 138). Tamen rarissima haec synizesis apparet et in vetustissimis carminibus fere nunquam nisi in caesura πενθημιμερεῖ aut in clausula versus.

in prima sede formae quattuor: πολλέων B 131 (in versibus ab Aristarcho nimis sollicitatis). M 236 βουλέων; at πολλέων I 544 et δ 813 recentissimis in partibus.

in secunda sede quinque: πρωτέων O 656 (sic ACL; προτέρων D, al., reiciendum, v. Ξ 31, 75) aliquatenus excusatur ante caesuram τριθημιμερῆ; cetera I 441 ἀγορέων, 566 ἀρέων, Σ 529 ἀργεννέων (sic La Roche ex coniectura, v. i.), δ 723 πασέων, η 107 καιρουσσέων

iunioribus in carminibus, oratione Phoenicis, clipei descriptione, Telemachia, in domo Alcinoi descripta.

in tertia sede decem eaeque ante caesuram semiquinariam: A 273 βουλέων, Γ 273 κεφαλέων, I 330. Σ 431 πασέων, Λ 69 κρῑθέων, (v. i.), Φ 312 πηγέων, η 107 ὀθονέων, μ 318 νυμφέων, ρ 283 πληγέων; accedit ν 56 ἑδρέων, sed melius ἑδέων scribemus, cum et Eust. 1732, 32 variam hanc lectionem habeat et A 534. 581 libri praestantissimi.

in quarta sede sex: E 818 ἐφετμέων, qui versus in schol. Z 129 ita fertur: ἀλλ' ἔτι σῆν μέμνημαι ἐφετμήν, ἅς ἐπέτελλε; magni pretii hanc varietatem esse dicerem, si „ἅς ἐπέτελλε" non duobus vitiis scateret; ceterum μέμνημαι cum accus. Z 222. I 527. ξ 168. — Δ 117 μελαινέων ἕρμ' ὀδυνάων, versus ab Alexandrinis vehementer impugnatus, qui de notione vocis ἕρμα ambigebant: nostrates critici venustissimum versum non sollicitant. Tamen μελαινέων haud scio an suo loco non sit: maluerim equidem πτερόεντ', ὀδυνάων ἕρμα μελαινέων. — Tum Λ 536. Υ 501 ὁπλέων a plerisque contrahitur; equidem illud monuerim πλ consonas in τειχεσιπλῆτα E 31. 455, πρωτόπλοον θ 35, προσέπλαζε λ 583 positionem non efficere (v. La Roche, hom. Untersuch. p. 3) et his ὁπλέων adici si minus oportere, attamen posse. — Relinquuntur πασέων υ 70, θυρέων φ 47.

in quinta sede tres: Φ 243 ῥιζέων (ab editoribus restitutum, v. i.) in versibus Theomachiae antecedentibus pariterque inferioris aetatis. — κρηνέων κ 350 (in versu dubio), ψυχέων χ 245.

in sexta sede duodecim: ἐφετμέων A 495 (δ 353), αὐτέων M 424, θυμοραϊστέων Π 591. Σ 220. 'Αθηνέων γ 278 (hymn. 1, 30), πασέων δ 608. χ 443. 471. ἁπασέων θ 284. ναυτέων ι 138. κυνοραιστέων ρ 300. ὠτειλέων ω 189.

Formas ῥιζέων ἀργεννέων κριθέων ab editoribus invitis libris qui -ῶν habent, iure restitutas esse docet analogia.

Denique -ῶν contractorum genetivorum exempla, quae iam La Roche congessit (Ztschr. f. d. östr. Gymn. XXV, 1874, p. 407), nulla extant nisi quae aut vocali ι antecedente excusentur aut a tritissimis vocabulis, articulo vel pronominibus quibusdam descendant. Prioris generis haec sunt:

Σκαιῶν Γ 263[3]. Ζ 307[4]. κλισιῶν Ψ 112[3]. δμῳῶν τ 121[3] (σὺν τῷ ι καὶ περισπωμένως, θηλυκὸν γάρ ἐστι. οὕτως Ἀρίσταρχος καὶ Ἡρωδιανός, schol. H Vind. 133.) — Versum claudunt παρειῶν Ω 794. δ 198. 223. λ 529. π 190. τρυφαλειῶν Μ 339. Μαλειῶν τ 187. παλαιῶν β 118. — θεοπροπιῶν Ζ 438 Nauckii coniectura non necessaria: aut enim θεοπροπίων retinendum aut θεοπροπέων (D, Lips.), cf. Α 109. Β 322. Ex altero genere numerantur haec feminina:

τῶν Ε 424. Κ 253. Ο 656. Σ 50 (hoc loco τάων pro τῶν δὲ καὶ ante vv. 39—49 interpolatos scriptum fuisse liquet); μ 64. 321.

σῶν Ε 818 (A C D, σέων Ar.), v. p. 39.

αὐτῶν Τ 302. (ἀλλήλων ε 71. forma gen. masc.).

Quo jure Leo Meyer in libello qui inscribitur Gedrängte Vergleichung d. griech. u. lat. Declination (Berl. 1862), p. 28 et 87 postulet, ut in locum omnium formarum in εω et έων exeuntium breviores in ω et ῶν succedant, velim ipse causis allatis persuadeat. Equidem ingratas illas formas plerasque eliminari aut excusari posse interim satis habebo. Quid? nonne Herodotus tot annis post Homeri aetatem δεσπότεω βορέω τιμέων οἰκιέων νεηνιέων dixit? Sed hic a traditione librorum pendemus: tituli ionicae dialecti servati, quos G. Erman in Curtii Stud. (V, 250—310) tractavit et excussit, viginti septem genetivos in -εω habent, tres — [Παν]αμύω, Πακτύω, Πακτίω*) — in simplex ω desinentia, cuius rei eandem causam

---

*) l. l. pag. 294 sq.

attulit vir doctus, 'cum in illis consonans vocali ε antecedat, in his vocalis υ aut ι, ita ut servato ε tres concurrerent vocales'. Pluralis quoque exempla ἀλλέων (ΑΛΗΟΝ) in titulo Naxio saec. sexti (Roehl I. G. A. 407 = Cauer² 516), νυ[μ]φέων (C. I. G. 2423 c) e saeculo quinto a. C., Ἀμφιπολιτέων (C. I. G. 2008, 4) e saeculo quarto servantur. Fac libros Homeri gen. in -ω et ῶν habere: acutissimus quisque diductos in -εω et έων restituere properaret.

Praeter genetivos perpaucae formae prim. decl. contrahuntur, eaeque in Odysseae partibus recentissimis. Sic συκέαι, η 116[1], in descriptione domus hortorumque Alcinoi, a Friedlaendero (Phil. 6, 669*) primum damnata, ceterum strophice composita (5, 4, 5, 5, 5, 5 = 103–131)**); item συκέαι λ 590 in necyia, denique συκέας ω 341, μηλέας ω 340 in carmine recentissimo.

Terrae nomen apud Homerum modo γαῖα esse modo γῆ constat: e quibus haec ex γέα (γέFα) contracta ut χρή ex χρέα¹), — quo iure L. Meyer (K. Z. V 373) e γάFα ortum esse dicat, non intellego — in Iliade quidem quater extat versuum initio Γ 104. Ο 24. Τ 259. Φ 63, quam versus sedem rariores formas interdum admittere Roehlius (v. s.) exemplis ostendit; in Odyssea septies γῆ: λ 167[1]. 302[3]. 482[1]. μ 27[3]. ν 233[1]. ρ 237[2]. ψ 233[3]. Quamquam hos locos corrigere velle insanae audaciae est, tamen versum Φ 63, procul dubio corruptum 'γῆ φυσίζοος (-ζωος C D, al.), ἥ τε κατὰ (om. D, al.) κρατερόν περ ἐρύκει' obiter tentabo. Secundam partem fuisse «ἥ τε κρατερόν περ ἐρύκει» ita ut caesura restituatur, admodum

*) v. infra.

**) Ordinem strophicum aut recentioris originis aut Hesiodeae doctrinae indicium esse nunc obiter moneo, alio loco demonstrabo.

¹) χρή in Iliade: a) versum incipit Α 216. Ι 309. 627. b) in exitu: Η 109. Κ 479. Ν 235. 463. Π 492. 721. Τ 67. 420. Υ 133. Χ 268. Ψ 478. c) in medio versu Β 24[1]. 61[1]; Δ 57[2]. Ε 490[2]. Η 331[2]. Ι 100[2]. Μ 315[2]. Π 631[2]. Τ 228[2]; Τ 149[3]; Ν 275[4]. Ψ 644[4].

verisimile est, cum in talibus enuntiatis (relativis) τε ictum quarti pedis tenere soleat, cf. A 279. B 471. Γ 34. E 52. I 39. K 224. Λ 554. Ξ 203. Σ 309. α 338. ϑ 162. ι 268. κ 350. 493. λ 125. 637. μ 360. ν 408. ξ 80. 223. ο 421. π 6. σ 273. 373. τ 161. 188. χ 464. ω 507. Priorem vero partem (quam Christius γαῖα φερέσβιος esse voluit, non mutata secunda parte) equidem γαῖα φῠσίζωōς scribendum censeo: etenim φυσίζωος proprie φυσι-ζοϜjος, i. e. ἡ τὰ ζῳὰ φύουσα (cf. ἄζωος), sed in clausula illa φυσίζοος αἶα Γ 243 metrica licentia ω correptum, ut in ἥρωος, ζ 303, ἥρωι ϑ 483. Ceterum anceps et hoc loco correpta prima syllaba nominis φυσίζωος nescio an defendi possit analogia nominum τανυσίπτερος, ἐρυσάρματες, ἐρυσίπτολις.

Simili modo Minervae cum duplex nomen sit, alterum brevius Ἀϑήνη, productius Ἀϑηναίη alterum, quo loco alterutro Homerus utatur inquirere non alienum videtur. Et Ἀϑηναίη quidem semper in medio versu usurpat, Ἀϑήνη vero quod licet contractum non sit — etenim ex Αϑ = ανϑ et -ήνη suffixo (cf. σελ-ήνη γαλ-ήνη, Di-ana) constat, v. Curt. Gr. Et.[5] 251 — tamen pro contracto poëta habere nec nisi certa in versus sede ponere videtur; nam claudit versus plus quam ducentos exceptis novem locis, quibus e sexto pede in quartum relabitur, semel (O 123) in secundum: E 260[4]. 430[4]. Z 297[4]. 301[4]. Υ 192[4]. ζ 291[4]. π 260[4]. τ 2[4]. 52[4]. Ex his tamen tres in suspicionem vocare ausim; primum E 260:

αἴ κέν μοι πολύβουλος Ἀϑήνη κῦδος ὀρέξῃ.

Nam π 282, qui versus hunc procul dubio imitatur, ita fertur:

ὁππότε κεν πολύβουλος ἐνὶ φρεσὶ ϑῆσιν Ἀϑήνη

unde haud scio an genuina forma versus Iliadis fuerit: «ὀρέξῃ κῦδος Ἀϑήνη. Dein Z 297 exit «Ἀϑήνης ἐν πόλει ἄκρῃ,» at ll. DG Ἀϑηναίης praebent; an Ἀϑηναίης πόλι ἄκρῃ? (cf. ἄκρῳ Ὀλύμπῳ, N 523). Tum Z 301 libri Ἀϑήνῃ χεῖρας ἀνέσχον praeter Venetum N qui habet χεῖρας ἀνέσχον Ἀϑήνῃ; forsan «ἀνέσχον χεῖρας Ἀϑήνῃ» prisca verborum collocatio fuerit. Sed O 123 in secundo pede Minervae nomen:

εἰ μὴ Ἀθήνη πᾶσι περιδFείσασα θεοῖσιν·

quod mutare in: εἰ μὴ πᾶσι θεοῖσι περιδFείσασα Ἀθήνη, vereor, quamquam in eiusmodi condicionalibus enuntiatis subiectum extremo loco esse solet, ut Γ 374. Ε 680. Θ 218. ε 427. σ 158. Aggredi hanc rem ausus sum, cum in titulo quoque antiquissimo hexametro Ἀθήνη extremo in versu positum legatur, Roehl. I. G. A. n. 148: .... ἀνέθηκεν Ἀθάνᾳ; cf. recentiores C. I. G. nn. 765. 997. 6280.

Mercurio vetustius nomen Ἑρμείας fuit, quod ex Indico illo Saramejas comparativae grammaticae auctores natum voluere (Curt. Et.[5] p. 347. Christ. Lautl. p. 135 etc.) Plena haec forma in Iliade omnibus praeter duos locis extat (Ἑρμέᾳ Ε 390, Ἑρμῆς Υ 72); sed in recentiore Odyssea contracta forma Ἑρμῆς quater occurrit: ε 54 e. θ 334[1]. ξ 435[1]. ω[1]. Causa cum admodum sit implicata, singuli loci tractandi erunt. Et Ε 390:

Ἑρμέᾳ ἐξήγγειλεν· ὁ δ' ἐξέκλεψεν Ἄρηα

codices ita variant, ut ἑρμείαι A, ἑρμείᾳ Cant., ἑρμεῖ S, vulgatam ceteri habeant. Et huius quidem (Ἑρμέᾳ) correpta media diphthongus aliquot exemplis defenditur: κυκεῶ κ 290. 316, ἔμπαιον υ 379, χαμαιεῦναι Π 235, χαμαιευνάδες κ 243, ξ 15, Πειραΐδαο Δ 228 a Πείραιος (v. Roehl, quaest. hom. p. 11) et notissimis illis οἷος (⏑ ⏑) υἱός (⏑ ⏑)*). Igitur hanc formam inter Ἑρμείας et Ἑρμῆς mediam excusare malo neque invertere ausim «ἐξήγγειλ' Ἑρμείᾳ». Quod antem proposuit Christius l. l. Ἑρμείᾳ 'ξήγγειλεν, cum a p h a e r e s i, de aphaereseos usu homerico paucis dicendum. Et apud atticos quidem scriptores, tragicos comicosque, cum aphaeresin latissime patere inter omnes constet, in Homero tam rara et dubia eius vestigia sunt, ut mihi quidem ambiguum adhuc esse videatur, utrum atticas corruptelas an genuinas formas vestigia illa habere satius sit. Sunt tamen fere haec:

Α 277: Πηλεΐδη' θέλ' Cram. Epim. 203, 6. v. La Rochei ed.

*) Αἰνέας Ν 541 (sic AC) excludo, cum altera lect. Αἰνείας δ' (γρ.

o 317. { ὅττι θέλοιεν A 1. m. D E. H 1. m. I LV (Q). La Roche. Bekk.
ὅττ' ἐθέλοιεν A 2. m. C G K M N. Arist. ἅσσ' ἐθέλοιεν Friedl. Axt. }

I 654 τῇ 'μῆι A μῆι D 'μῇ C E. G., Plat. (Hipp. m. 371 C) Cram. an. Par. 380, 22; Λ 608 τῷ 'μῷ C E. Plut. de aud. poët. 13. ΤΩΙΜΩΙ Ambros. τῶι μῶι D; δ 71. τῷ 'μῷ IKMNQS; ρ 375 ὢ 'ρίγνωτε C E; cf. quoque La Roche, Hom. Unters. p. 287. Iam tribus locis I 654. Λ 608. δ 71 plenas formas τῇ ἐμῇ et τῷ ἐμῷ leges versus heroici admittunt; reliquis tribus emendatione opus esse patet: de ratione emendandi sub iudice lis est. Et Ahrensius in libro 'de crasi et aphaeresi' p. 22 sq. quamquam solitaria illa Πηλεΐδη 'θέλ' et ὅττι 'θέλοιεν concedit tamen 'apud Homerum hodie nusquam aphaeresin indicatam reperiri' censet. Idem aphaereseos ε vocalis in praepositione ἐξ quinque attica exempla confert (p. 24): Aesch. Suppl. 435. Soph. OR. (360?) OC. 254 ('κφυγεῖν coni. Herm.). Eur. Iph. T. 953. Cycl. 586; quae facile ex Aristophanis comoediis augeas, nub. 546. 812. Lys. 866. equ. 373. av. 343. (v. Kühner, gramm. p. 192.)

Altero Iliadis loco Υ 72 forma Ἑρμῆς in exitu legitur in versibus ab Heyneo damnatis, a Kammero in suspicionem vocatis, ceterum strophico quoque ordine compositis (2, 1, 2, 1, 2 = 67—74). Hoc et Odysseae in versu ε 54 forma Ἑρμέης si cui magis probetur, equidem non recuso. Tum θ 334 et ω 1 inveniri contractionem Ἑρμῆς nemo mirabitur, utpote in carminibus recentissimis. Restat ξ 435, ubi Ἑρμῇ quarta in sede (an Ἑρμείᾳ Διὸς υἷι? cf. θ 335; Fick.: Ἑρμείαι ὕϊ Μαίας.)

Praeterea Ποδῆς Ρ 575[3] (an ἐνὶ Τρωσὶν Ποδέης?) 590[4] (an ἐσθλὸν τὸν πρόμαχον, Ποδέην?) ex Ποδέης contractum; denique Κισσῆς Λ 223[1] (an Κισσείας δέ Fε θρέφε?) et βορέης I 5[1],

---

sch. A) a Nauckio et Christio recepta summo cum jure sit. Acute Christius l. l. lect. ἔνθ' Αἰνέας inde natam esse opinatur 'quod rhapsodi nonnulli novum canendi initium ab hoc versu capiebant.'

βορέῃ Ψ 195[1] licentiam primi pedis produnt, sed ut una sit formarum imago βοῤῥῆς βοῤῥῇ scribenda cum Christio censemus.

III.

De nominibus secundi ordinis.

De genetivo singularis numeri secundae declinationis, cuius formae sunt *o-sjo, οιο, οο, ου, postquam Leskien (ann. phil. 95, 1) et Lugebil (ann. phil. suppl. XII, 211) et G. Meyer (Gr. Gr. p. 291) tam diligenter observarunt, ut neque novum nec melius quicquam afferri possit, curas eorum memorasse satis habeo. Tantummodo atticae quae dicitur declinationis genetivos epicos afferam.

Πετεώς Atheniensis: Πετεῶο B 552 (-ῴο Eust. 283, 38; 284, 30), Δ 327. 338. M 331. 355 N 690.

Πηνέλεως Boeotus: Πηνελέωο Ξ 489 (-λέοιο C D Eust.).

Ἀθόως mons (nominativ. h. Apoll. Del. 33): Ἄθοω Ξ 229 (Ἄθωο Eust. 479, 5. Ἀθόῳ D H)

Τυνδάρεως: Τυνδάρεω λ 298. ω 199. Πανδάρεως: Πανδάρεω τ 518. υ 66.

Hic genetivus cum ex ω-ιο nascatur, ῳο sit necesse: igitur et Eust. lectionem Πετεῷο praefero et Πηνελέοιο illud in ΠΗΝΕΛΕΩΙΟ cum Cobeto (misc. crit. 298) transcribendum duco; Ξ 229 facile mutabitur: „ἐκ δ' Ἀθόῳ' ἐπὶ πόντον". Sed breviores genetivos Τυνδάρεω et Πανδάρεω Odysseae esse proprios non miror.*) Κῶς vero, proprie ΚόϜος (cavus, v. Curt. Et.[5] 157) per atticos redactores attice tractatum esse intellexit Nauckius, et Κόος B 677 nec non Κόονδ' Ξ 255 (lib. C), O 28 optimo iure commendavit. Sic etiam Πείρως in Πείροος Δ 520. 525 invitis quidem libris (praeter B 844), versuum tamen permissu ipse La Roche transcripsit: unus tamen Nauckius tam constans fuit, ut Υ 484 Πειρόου proponeret, ubi

*) Τυνδάρεω λ 297 in necyia, sed parte vetustiore, et in carmine ω 199; Πανδάρεω τ 518. υ 66 in vv. a Kirchhoffio uncinis inclusis.

libri Πείρεω praebent, Zen. Πείρεως vel potius heterocliton Πειρέος a Πειρεύς (Ross Dem. Att. 7, II, 19) invenisse videtur. Restant atticae formae Ἀγέλεως, quam a Nauckio remotam esse supra diximus, et Βριάρεων Α 403².*)

Synizesis gravior πυρὶ κηλέῳ quinque locis Σ 346. Χ 374. 512. ϑ 435. ι 328 cum versum claudat, satis excusatur: aegre conceditur medio in versu Θ 217

καί νύ κ' ἐνέπρησεν πυρὶ κηλέῳ νῆας ἐίσας.

Facile mutes πυρὶ κηλείῳ νέας ἴσας; cum tamen ἴσος uno loco I 142 digammo careat, novam difficultatem inferre vereor. Igitur aut πυρὶ κηλείῳ (cf. O 744) νέας ἄκρας (cf. O 653 et Soph. Ai. 1276 sq.) proponam aut versum audacius immutem: καί νύ κ' ἐϜίσας νῆας ἐνέπρησεν πυρὶ κηλέῳ. Versus spondeo in altero pede insignes defendit Christius, die Interpolationen b. Hom., p. 34.

Νόος nomen duobus in versibus Ω 354 κ 240 hanc integram et epicam formam contraxisse videtur. E quibus κ 240

καὶ δέμας, αὐτὰρ νοῦς ἦν ἔμπεδος, ὡς τὸ πάρος περ,

ubi νοῦς iuxta νόος in eodem carmine (v. 329) nemo patietur, egregia coniectura apud Nauckium proposita «αὐτὰρ ἔεν νόος ἔμπεδος» eliminatum est: ipse enim poëta huic palmam tribuit, λ 393:

ἀλλ' οὐ γάρ Ϝοι ἔεν Ϝὶς ἔμπεδος οὐδ' ἔτι κῖκυς.**)

contra Cobeti coniectura (Mnem. nov. II, 212)

καὶ δέμας, ἀλλὰ νόος γ' ἦν ἔμπεδος

multo minus probanda: ἀλλὰ in αὐτὰρ corrumpi potuisse veri

---

*) Zenodotus B 520 loco «Δαυλίδα καὶ Πανοπῆα» habuit teste Arist. «καὶ Πανοπτέων», ἄ μετρον ποιῶν τὸν στίχον (!) A tali crimine ille purgandus. Aut «ἠδὲ Πανοπτέων» legisse aut, cum Eust. ei lectionem «και Πανόπεων» tribuat, «καὶ Πανοπήων», scil. πόλιν, in exemplari suo scripsisse mihi videtur.

**) haec coniectura Payne-Knightii est, qui simpliciter adnotat »sic omnino legendum pro νοῦς ἦν«: contractam enim formam sermo Homericus non agnoscit».

dissimillimum est; γ' fulcrum illud metricum, ut aptum huic loco, ita non necessarium. Verum Ω 354

φράζεο, Δαρδανίδη· φραδέος νόου ἔργα τέτυκται,

si voci ἔργα digamma restituere volemus, emendandum erit; itaque νόου (ΝΥΟΥ pap. 1. m.) aut in νῦν mutem, aut τοι substituam, vulgare illud in sententiis, cf. I 158. N 115. ϑ 329. ο 72, inprimis M 412 'πλεόνων δέ τοι ἔργον ἄμεινον', ubi δὲ delendum. De adiectivo φραδέος substantivi vicem tenente cf. Ameisii ed. Odyss. σ 276. Nauckius dum verba 'graviter corrupta' autumat, ipse addit: «φράζευ νῦν οἷα temptabam» equidem non adstipulor propter novam contractionem illatam, cuius de genere postea dicam. Christius vero hunc quoque locum restituendo digammo adversari censet, ut B 751. Δ 470. Λ 703 (ρ 313). P 279 (λ 550). ξ 228. 344. λ 474 adversantur.

Denique obiter moneam Ἥλιος recentem formam esse in recenti carmine ϑ, v. 271, quod Ἑρμῆν habere vidimus, et quamquam emendari possit, intactam esse potius relinquendam.

Inter adiectiva priorum ordinum saepenumero χρύσεος, raro χάλκεος insuaves synizeses efficere constat. Et primum quidem duae viae, quibus illas evitari posse opineris, praecidendae sunt. Nam et corripere primam vocalem vocabuli χρύσεος vetamur, cum primus quoad meminerim Pindarus (P. 4, 6. N. 7, 115) corripuerit, (cf. Christ. proll. p. 180); neque uti licebit contractis formis quas interdum libri optimae notae subministrant, ut Γ 64 (χρυσῆς ACDE), Δ 111 (χρυσῆν Et. M.), E 425 (χρυσῇ ACDE Ambr.), T 282 (χρυσῇ ACDE), Υ 272 (χρυσῆν ACDE), Ψ 253 (χρύσην A. χρυσὴν D): etenim tituli ionici admodum recentes diductas formas χρυσέον (C. I. G. 2067, 2070—2074), χρυσέοις (2059), ἀργυρέῳ (2074) exhibent, cf. G. Erman, Curt. Stud. V, 274. Accedit quod unus idemque auctor ex formis χρυσείη χρυσέη χρυσῇ aut unam aut duas priores habeat necesse est, primam tertiamque sine altera

habere nequeat. Iam exempla congeram priusquam quid ego de his sentiam eloquar.

χρύσεος Z 320[5]. Θ 495[5].
χρύσεον Z 220[4]. Σ 612[5]. Ω 101[3]. λ 91[1]. τ 34[1].
χρυσέου B 268[3].
χρυσέῳ A 15[1]. 374[1]. Ψ 196[4]. κ 316[4]. ο 149[3]. σ 121[3]. υ 261[3].
χρυσέη E 724[3]. X 470[5]. η 90[5].
χρυσέης Γ 65[5]. δ 14[5].
χρυσέῃ E 425[2]. T 282[5]. Ψ 243[3]. Ω 699[5]. ζ 79[3]. 215[3]. ϑ 337[5]. 342[5]. ρ 37[5]. τ 54[5].
χρυσέην E 427[5] Δ 111[4]. Υ 272[3]. Ψ 253[3]. δ 131[1].
χρυσέοισι Δ 3[5]. E 727[3]. Θ 436[3]. I 670[3]. Λ 31[3]. N 523[5]. γ 472[5].
χρυσέῃσι (M 297[1]. Ξ 180[1]). Θ 42[3]. N 24[3].
χάλκεον B 490[4].
χαλκέῳ E 387[1].
χάλκεοι η 86[1].*)
ϑυρεόν ι 240[4]. 340[4].

Perspicitur ex hac tabella primum eas synizeses, quibus breves duae vocales (εο) coguntur, quintam fere omnium esse partem raroque in veteribus carminibus, plerasque in Odyssea inveniri; ceterum si quis audacter rem gerere volet, omnes has formas ita eliminare poterit, ut genetivum materiae (χρυσοῦ χαλκοῦ) in locum earum substituat, cf. ἕρκος κασσιτέροιο Σ 594, οἶμοι κυάνοιο, χρυσοῖο, κασσιτέροιο Λ 24. 34. 35, κώπη ἐλέφαντος φ 7, τάπης ἐρίοιο δ 124 etc. (Kr. D.-Gr. § 47, 8, 1). Dein si sedem earum inquiras, septendecim synizeses in arsi tertia ante incisionem invenies, totidem in quinta arsi, plerasque illas in formula χρυσέη Ἀφροδίτη, septem in quarta arsi. At in secunda unum exemplum E 425

*) ὅπα χαλκέην Σ 222 Zenodotus legit, χάλκεον Aristarchus: haud scio an Zenodoti lectio orta sit e clausula quadam «ὅπα χαλκείην Ἀχιλῆος».

πρὸς χρυσέῃ περόνῃ καταμύξατο χεῖρα Fαραιήν,

ubi facillima mutatio «πρὸς περόνῃ χρυσέῃ». (De χρύσεοι ἐόντες, quod τ 230² nonnulli voluere, infra dicemus.)

Prima in sede septem exempla: A 15. 374. E 387. δ 131. η 86. λ 91. τ 34. Ex his A 15. 374 «χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ» ob eam quoque causam suspectum est, quod syllabae synizesi coactae corripiuntur, sed dudum a Lehrsio (in Seebodei Archiv, 1825, II, 231) correctum in «χρυσέῳ ἂν σκήπτρῳ». Quamquam satis habuit vir doctissimus proposuisse coniecturam neque attulit formas quibus eam comprobaret, ἂν στόμα (ε 456), ἄνσχεο ἀνστήσας ἀνστρέψειαν. Neglexit inter editores Lehrsii inventum Ameis-Hentze, memoravit in apparatu Nauckius, in textum recepit Christius.*) Verum E 387 antiquo in versu

χαλκέῳ δ' ἐν κεράμῳ δέδετο τρεισκαίδεκα μῆνας

vocem κέραμος in scholiis Didymus sic interpretatus est: 'ἀγγεῖον, πίθος, ἢ δεσμωτήριον· οἱ γὰρ Κύπριοι τὸ δεσμωτήριον κέραμον καλοῦσι'; sed χαλκὸς quoque vas aheneum est, ut Σ 349. κ 360 (ἐνὶ ἤνοπι χαλκῷ). τ 469 (κανάχησε δὲ χαλκός), ϑ 426 (χαλκὸν ἰήνατε), Soph. El. 758 (ἐν βραχεῖ χαλκῷ). Igitur hoc quoque loco Homerus «χαλκῷ δ' ἐν κεράμῳ» iungere potuisse mihi videtur, siquidem idem ἴρηξ κίρκος, σῦς κάπρος, βοῦς ταῦρος, μόσχοι λύγοι, γαλήνη νηνεμίη, νηῦς πρώρη iunxit, cf. Ameisi append. ad ν 87. Odysseae locos, ut iuniores, non curo. Quodsi Nauckius duobus locis M 297¹. Ξ 180¹, ut dativum correptae formae χρυσείῃς effugeret, coniecturam χρυσέῃσιν proposuit, equidem assentior, sed in versu M 297

*) Observat Lehrsius l. l. acutissime de dativis primae declinationis pluralis accurtatis (-ῃς, -αις), quos a sermone Homerico ita abhorrere sibi persuadet, ut perpaucas formas quas elisioni (-ῃσ') obstare vidit emendationibus tollere non vereatur. Igitur dum in χρυσείῃς ῥάβδοισι (M 297) incidit, correcturam «ῥάβδοισι χρυσέῃσι, non χρυσέῃσι ῥάβδοισι» poscit. Nam haec, inquit, adiectiva in Iliade non patiuntur synizesin praeter A 15. 374 (id quod correxit, v. s.), B 490, E 387. Apparet eum in ceteris adiectivi χρύσεος formis non synizesin statuisse, sed correptionem υ vocalis.

cum Lehrsio (v. not. p. 49.) transponere maluerim «ῥάβδοισι χρυσέῃσι». Denique lectio librorum DIMNSV in versu γ 41 «χρυσείῳ ἐν δέπαϊ» ex confusione Aristarcheae lectionis «χρυσείῳ δέπαϊ» et eius quam codd. AHKLQ praebent «χρυσέῳ ἐν δέπαϊ» nata videtur et merito ab omnibus neglegitur.

Dein inveniuntur formae ἀγάῤῥοος καλλίῤῥοος βαθύῤῥοος ἀψόῤῥοος ἐΰῤῥοος; sed iuxta solutum χειμάῤῥοος (N 138) etiam contracta illa χείμαῤῥοι Δ 452 (rectius χειμάῤῥοι), χειμάῤῥῳ E 88, χειμάῤῥους Λ 493. Et quamquam ρ iure geminatum constat, cum radix 'sru' subsit, tamen Christio (vide edit. E 88) et Sittelio (Phil. LIII, p. 20, adnot. 63.) assentiri malo, diductas formas χειμάροοι χειμαρόῳ χειμαρόους restitui iubentibus: moveor enim sat multis exemplis in quibus geminatio abest, ὠκύροος E 598. H 133. εὐρυρέεθρος Φ 141. προρέει E 598. κ 351. ὑπεκπρόρεεν ζ 87. καλλιρόοιο ε 441. ρ 206. adde τε ῥόον ε 449. τε ῥέουσι κ 513. Multo audacius agas, si χειμέριος inducere in locum χείμαῤῥος velis. Ceterum iam veteribus grammaticis, Ptolemaeo inprimis Ascalonitae, contractas formas suspicioni fuisse et quosdam hanc ἀπορίαν ita fugisse, ut χείμαῤῥος nominat. fingerent, docet schol. Δ 452, cf. Lehrsium de Aristarchi stud. hom.² p. 372. Obiter ablatam illam ρ litteram alio loco rursus inseram: nam A 342. B 39 «γάρ ῥ'» scribendum censeo (ἢ γὰρ et γὰρ libri), ut γάρ ῥ' E 587. Λ 690. Ξ 30. P 600. ε 321 et πάρ ῥ' κ 242 exaratum est, plena vero formula ἢ γ ά ρ ῥ α X 301 legitur.

Simili modo ἐΰξοος tetrasyllabum excepto K 373⁴ «ἐΰξου δουρὸς ἀκωκή»; neque satis excusabitur quod in carmine extat recentiore; nam α 128 plenam ἐυξόου formam habet; igitur ut magis tolerabilem faciam, inversionem propono

δεξίτερον δ' ὑπὲρ ὦμον ἀκωκὴ δουρὸς ἐΰξου

Quamquam dubitare possis, numquid ἐΰξου sit contractio; accentus enim repugnat: hanc ob rem iam Ascalonita ἐϋξοῦ postulavit. Forsan accurtata forma *ἔϋξος iuxta ἐΰξοος eadem

ratione statuenda, ut est βοηθός atticum iuxta βοηθόος, v. Curt. St. IV, 226.

Dein ἀγήραος non contrahitur B 447. Θ 539. ε 136. η 257. ψ 336;*) at apparet contractio in duali ἀγήρω τ' ἀθανάτω τε, M 323. P 444, qui quidem extrusa τ' particula facillime in ἀγηράω solvitur; de ω (ῳ) ante vocalem correpta v. A 29. 259. B 47. 312. 313. Γ 121. 247. ρ 455. τ 196. 257. 465. 483. 497. υ 100. 334. φ 16. 104. 116. 219. ψ 267. ω 6. 87. 263. 332. 337, exempla raptim collecta. Praeterea ἀγήρως ε 218 in exitu; at η 95 in versu perquam dubio ob formam ὄντας de qua infra disputabimus. — Ὑψίκερων, κ 158[3], necessaria contractio.

Ἱερός cum in sanscrita lingua ishirás sit, non possumus non mirari iam in Homeri carminibus ἱερός et ἱρός formas iuxta inveniri**). Et Herodoti quidem codices frequentius ἱρὸς quam vulgare illud et in attica dialecto servatum ἱερὸς habere patet. Contra in titulis Iadis breviorem formam non ante quartum saeculum occurrere et ne in recentissimis quidem primitivam abesse formam animadvertit G. Erman, Curt. Stud. V, 297. Igitur cum operae pretium esset investigare, quam late pateret usus brevioris formae apud Homerum, exempla subieci, additis cognatis verbis et nominibus.

ἱρά: B 420[3]. I 357[2]. Λ 707[2]. Π 658[5]. α 66[5]. γ 159[5]. π 184 e.
ἱρεύς: E 10[1]. Π 604 e. ι 198[1].
ἱρή: Δ 46. 164. Z 448. Υ 216. Ω 27, semper in exitu.

*) Quodsi Aristarchus his locis atticam formam ἀγήρων inferre voluit, non est quod miremur, quippe cum Homerum civem Atheniensem esse sibi persuasisset. Vicit tamen eius auctoritatem sanior traditio.

**) G. Curtius (K. Z. III 154) ita de his formis disserit: «Im Griech. ἱερός ἱαρός liegt der ursprünglichere, im skr. ishiras der geschwächte Laut vor; ιι ist ebenso zu ιε geworden, wie in νηπιέη = νηπι-ίη; Gegenstück πόλεϊ = πόλιι. Die schon bei Homer häufige Form ἱρός wird sich dann zu jenem ἱερός gerade so verhalten, wie das jonische πόλῑ zu πόλεϊ.» Igitur contractio levior est quam videtur, siquidem aequae vocales (ιι) conflantur.

ἱρῆς: Z 96. 277. Φ 128, s. i. ex.

ἱρήν: Δ 416. E 648. H 20. 82. 413. 429. Λ 196. N 657. O 169. P 193. Σ 270. Φ 515. Ω 143. 383. λ 86. ρ 293, in exitu.*)

ἱρόν K 571[3]. γ 278[3]. ζ 322[1]. ν 104[1]. (348)[1].

ἱρῶν E 178[1]. Ψ 207 e. γ 436[1]. ι 553 e.

ἱρεύσασθαι τ 198[2].

ἱρεύουσ' ξ 94[2].

ἵρευον, ρ 181[1]. υ 251[1].

ἱρεύεσκον υ 3[4].

Horum e numero ἱρά propter concursum trium brevium vocalium (ἱερά ⏑ ⏑ ⏑), quem poëta interdum producenda ι vocali (ἱερά = – ⏑ ⏑) vitavit, iure purgabitur, nec non eae formae quae in versus exitu sunt, sc. clausulae Ἴλιος ἱρή, Ἴλιον ἱρήν etc. Primae quoque sedis ictum contractiones interdum admittere iam memoravi: quamquam ex his emendando eliminari velim E 10 (an Ἡφαίστου ἱερεύς · δοιὼ δέ Fοι ?), E 178 (an μηνίσας ἱερῶν?), ceterae in recentiore Odyssea formae. Quodsi codicum pars magna ubique fere variam lectionem ἱερός habet, attici sermonis vestigium subesse liquet.

Sed ut semel ex his minutis quaestiunculis emergam, versum tractabo procul dubio corruptum Φ 252:

Πηλεΐδης δ' ἀπόρουσεν ὅσον τ' ἐπὶ δουρὸς ἐρωή,
αἰετοῦ οἴματ' ἔχων μέλανος τοῦ θηρητῆρος,
ὅς θ' ἅμα κάρτιστός τε καὶ ὤκιστος πετεηνῶν.

Aristarchus teste schol. B μέλανός του legebat, Herodianus μέλανος τοῦ, Aristoteles (ap. Eust. 1235, 41.) μελανόστου; γρ. (Philetas?) μελανόσσου in schol. D. Variis de his lectionibus praestantissimum scholiastae iudicium: 'Αριστοτέλης μελανόστου ἀναγιγνώσκει, τοῦ μέλανα ὀστᾶ ἔχοντος· ἀγνοεῖ δὲ ὡς οὐ δεῖ ἀπὸ τῶν ἀφανῶν ποιεῖσθαι τὰ ἐπίθετα (accedit primum quod ὀστέον apud Homerum non contrahitur, id quod idem schol. B

*) Ἱρήν s. Ἴρην oppidum (I 150. 292) Pape (WB. der Eigenn.) iure a voce ἱερός disiunxit.

adnotavit Ω 315, dein causa gravior quae ibidem affertur: «διὰ τὸ καὶ Δημόκριτον ἱστορεῖν ἐπὶ τοῦ ἀετοῦ τὰ ὀστᾶ μέλανα εἶναι, καταψευδόμενοι τῆς ἀληθείας· ὀστοῦν γὰρ μέλαν οὐδενὸς ζῴου εὑρίσκεται») · οἱ δὲ μελανόσσου, μέλανας ὀφθαλμοὺς ἔχοντος (hoc nec novi quicquam habet et ipsa vox inaudita est). Ἀρίσταρχος ἐγκλιτικῶς μέλανός του· ἀγνοεῖ δὲ ὅτι ὁ ποιητὴς τῷ ἐγκλιτικῷ του οὐ χρῆται. ἄμεινον ἄρθρον (i. e. τοῦ) αὐτὸ ἐκδέχεσθαι· οὐ γάρ ἀεὶ λείπει τοῖς ἄρθροις ὁ ποιητής. (At deest articulus Ω 316: μόρφνον θηρητῆρ'.) Ceterum Aristarchus ad analogiam versus Λ 292 «ὡς δ' ὅτε πού τις θηρητὴρ κύνας ἀργιόδοντας» indefinito του usus esse videtur. Equidem memini ab Aeschylo (Agam. v. 114) duo aquilarum genera sic distingui: (ἀετὸς) ὁ κελαινὸς ὅ τ' ἐξόπιν ἀργᾶς. Et Aristoteles quidem (hist. an. 618 b 28 = 9,32) in perscribendis aquilarum generibus πύγαργον maximam esse affirmat, validissimam vero celerrimamque (κάρτιστον, ὠκυβόλον) esse μελανάετον seu λαγωφόνον, congruus ille quidem cum poëta, ubi eadem Φ 253 κάρτιστός τε καὶ ὤκιστος audit. Qua de re plura prompsit Lobeckius in Aglaophamo (p. 1299) e schol. Ven. B (Ω 315) Archilochi fragmentum servante: εἴωθε δὲ καὶ ὁ Ἀρχίλοχος μελάμπυγον τοῦτον τὸν ἀετὸν καλεῖν· 'μή τευ μελαμπύγου τύχῃς'· ἄλλος γὰρ ὁ πύγαργος, ἄλλος δὲ ὁ μέλας ὅλος, διὰ τοῦτο καὶ μελάμπυγος; eadem melius in schol. Lyc. 91: εἰσὶ μελάμπυγοι καὶ πύγαργοι εἴδη ἀετῶν κατ' Ἀρχίλοχον· ὁ δὲ δειλὸς πύγαργος λέγεται ἐκ τοῦ ἐναντίου τῇ παροιμίᾳ· οὔπω μελαμπύγῳ ἐντετύχηκας. ἦσαν γὰρ οἱ μελάμπυγοι γενναῖοι καθάπερ Ἡρακλῆς κτλ. Brehmius vero nostrae aetatis naturae speculator sagacissimus in libris de avibus (I, 611. II, 653) duo esse aquilarum genera in Graecia Asiaque minore affirmat, haliaëton albicellam et aquilam fulvam (Seeadler et Steinadler nos dicimus): fulvam gerere caudam margine atro ideoque ab indigenis atram vocari; albicellam autem candidas in rotunda cauda habere pennas. Qua de causa in 'μέλανος τοῦ' latere vocabulum μελανούρου, sive ob versus numeros μελανούροο,

i. e. atram caudam gerentis, existimo. Vox μελάνουρος in libris veterum superstitibus piscem nigrum significat (Arist. h. an. 8, 2. Athen. 7, 93. Plut. educ. lib. 17) aut anguillae genus (Ael. nat. anim. 6, 51).

IV.

De nominibus tertii ordinis.

E nominibus tertii ordinis ea potissimum hic mihi tractanda, quorum stirpes aut vocali (πόλι-ς ἰχθύ-ς) aut liquida F (Τυδεύ-ς) aut s littera (τεῖχος διογενής) terminantur. Prioris generis casus fere omnes cum iam a Bekkero Nauckio aliis pertractati atque ita dispositi sint, ut recentioribus sive atticis formis πόλεως πόλει antiquiores et ionicae πόλιος πόλι non sine librorum auctoritate substituerentur, pauca in quibus aliquid novare possim superant.

Vocales ιο, ια in unum cogi cum propter nimium sonorum discrimen res sit difficillima, hanc licentiam poëtae nisi numeris in angustias coacto non concedemus. Igitur in vocabulis Αἰγυπτίῃ δ 229², -ίων ξ 263³, -ίῃσ' δ 127², -ίας I 382², -ίους δ 83⁵. ξ 286³ et Ἱστίαιαν B 537 e. utique cum Guil. Hartelio (Hom. Stud. III, 12) et G. Meyero (Gr. Gr. p. 138) iota illud in semivocalem j abiisse statuemus*), praesertim cum Hartelius (Hom. Stud. III, 18) exemplorum, de quibus dubitari nequeat, amplam copiam subministret.**)

Sed ille etiam πόλιος B 811 Φ 567 et πόλιας ϑ 560. 574 atque Meyerus Ἐνυαλίῳ, de quo infra dicam, synizesi coaluisse

---

*) Christius in adiectivo Αἰγύπ(τ)ιος litteram τ ad exemplum π(τ)όλις, π(τ)όλεμος supprimi posse censet: ego litteram τ etymologia defendi video, cf. Curt. Et.⁵ 498.

**) Frustra in iis quaesisse me fateor exemplar quod est in scoliorum octavo (Bergk p. lyr. gr. III⁴ p. 645)

Ὑγιαίνειν (—' — —) μὲν ἄριστον ἀνδρὶ ϑνατῷ·

voluerunt. At suo iure Knoesius in libro de digammo Hom. p. 152 not. opposuit consonis λj antecedentem vocalem produci necesse esse; quae autem Hartelius exempla se congessisse in libello Hom. Stud. I² 44 autumat, quibus consonantem cum iota consona iunctam antecedentem brevem vocalem n o n produci doceat, haec exempla frustra quaeras loco citato; nam Ζάκυνθος Ζέλεια alius generis esse nemo non videt. Sed de quibus agitur formis, πόλιος et πόλιας, quae ne librorum quidem fide affatim stabiliuntur, videamus qua via vitari possint. Et πόλιας quidem merito Bekkero Nauckio in πόλῑς correctum esse infra apparebit; verum πόλιος B 811 legitur

ἔστι δέ τις προπάροιθε πόλιος αἰπεῖα κολώνη.

Apud Nauckium propositum video cum nova et insolita contractione «an προπάροιθε πόλευς?» Verum cum Apollonius Soph. 102, 3 habeat πόλιος προπάροιθεν, et προπάροιθ' extet ω 416. 447, (ut πρόσθ' B 359. Δ 54 etc.,) idemque nomini postponatur Δ 348. Ξ 297. O 66, optimo iure «πόλιος προπάροιθ'» scribemus. Tum Φ 567

εἰ δέ κέ Fοι προπάροιθε πόλιος κατενάντιον ἔλθω

fere eadem ratione corrigi potest (πόλιος προπάροιθεν ἐνάντιον), siquidem verisimile est κατενάντιον compositum ideo quod tantummodo Hes. sc. 73 apud veterem poëtam extat, saepissime apud Alexandrinos, ut κατέναντα, κατέναντι, κατεναντία, inferioris graecitatis magis esse proprium quam antiquioris. Sed cum in versu Π 321 «στὰς πρόσθεν νέκυος» libri habeant omnes praeter Harleianum illum Porsoni in quo «στὰς προπάροιθε νέκυος» procul dubio vitiose traditur, equidem etiam Φ 567 correctionem

«εἰ δέ κέ Fοι πρόσθεν πόλιος»

faciliorem duco collato versu X 464, ubi «πρόσθεν πόλιος» eandem sedem obtinet.

De origine accusativi pluralis nominum quae in -ις -υς exeunt a G. Meyero (Gr. Gr. p. 300 sq.) et de eiusdem usu Homerico a Christio (proll. § 86, p. 143) tam luculenter dis-

putatum est, ut quod addam mihi non relictum sit. Constat hunc casum sic effici ut singularis formae addatur littera s, qua pluralis significetur; igitur ut stirpes in consonas exeuntes φύλακα-ς, ita in vocales desinentes proprie *πόλιν-ς *ἰχθύν-ς formarunt — atque tituli Cretici et Argivi revera accusativos in -ονς -ανς exeuntes servant, v. G. Meyer l. l. p. 302 — unde nasali ν intereunte ante sibilantem πόλῖς ἰχθῦς orta sunt*). Huius generis formae ut apud Herodotum πόλις, in titulo Chio πρῆσις (Cauer[2] 496 c 6), ita apud Homerum fere hae leguntur: ἀκοίτις κ 7, ὄϜις Λ 245. β 56. ι 244. ρ 180. υ 250. ἧνις Ζ 94. 275. 309. πόλις Β 648 (sec. A Bekker); Ἐρινῦς Ι 455. β 135. δρῦς Λ 494. Ψ 118 (hoc frustra apud Nauckium in «δρύας» solvitur). κλιτῦς Π 390. ὀφρῦς Π 740. νέκυς Η 420 (sic Arist.**), libri ACD νέκυας): ω 417. ἰχθῦς ε 53. κ 124. μ 331. τ 113 (hoc iam eam ob causam in «ἰχθύας» solvi nequit quod in versibus κ 124 et τ 113 adversantur numeri). σῦς κ 338. 433. ξ 107. γένυς λ 320. γραπτῦς ω 229. Quamquam iam Homeri tempore hoc nominum genus ex analogia similium nominum tertii ordinis accusativum in -ας recepisse intelligitur ex formis γλυκέας πολέας, πόλιας, νήστιας νέκυας ἰχθύας ὀφρύας aliis; (id quod eo facilius fieri poterat, cum nomin. in -ες exiret). Iure tamen negat Christius nos prohiberi, quominus ad evitandas ingratas synizeses formis numero aptioribus utamur. Sic cum πολέας libri tradant Α 559. Β 4 (Zen. πολύς, quod Lehrsius in πολῦς vertit, l. C πολούς). Ν 734. Ο 66 (πολούς C). Υ 313 (πολεῖς ACDE). Φ 59 (item). 131 (-έας Ar.) γ 262. δ 170: Zenodoti genuinam lectionem Β 4 πολῦς (πολύς), certe non ex coniectura factam sed traditione nixam, praeferendam esse: futilem

*) hoc quidem ἰχθῦς quoniam perperam contractum habebatur, cum falso accentu scribitur, rectum habes in τόνς — τούς.

**) A. Ludwich in indice libri «Aristarchs Hom. Textkritik» II 728 νέκυς inter contractiones rettulit, quamquam in scholio «ἐκτεταμένως», non «συνῃρημένως» invenit.

esse causam ab Aristonico allatam, qui nomina unius sexus (τὰ μονογενῆ) sola casus in -ῦς habere existimaverit. — Equidem addo quod etiam Π 655 πολῦς (πολέων libri) δ' ἀπὸ θυμὸν ἕλοιτο legi licet. — Horum ad analogiam πελέκῡς quoque Ψ 114. 851. 856. 828. τ 573. φ 120. 260 pro πελέκεας librorum idem Christius quamquam 'omni codicum grammaticorumque praesidio destitutus' iure postulat; dein πόλιας θ 560. 574 exemplo πόλις Β 648 corrigi potest; denique attica forma ἐπάλξεις Μ 258. 263. 308. 375 a Bekkero, qui ἐπάλξις restituit, dudum eliminata est.

Eodem modo atticae dialecti dativis πόλει πόσει in πόλῑ πόσῑ a Bekkero mutatis aliquanta contractionum apud Homerum insolitarum pars eiecta est optimo iure, cum κνήστῑ νεμέσσῑ μήτῑ κόνῑ alia tradita essent; facilius enim ιι in ῑ quam εϊ in ει in unum coire potest; simili ratione dativi nominum in -υς exeuntium, ut raro in Iliade, ita in Odyssea saepius contrahuntur, id quod in vocalibus adeo cognatis non mirabimur*)

(ἀμφὶ) νέκυι Π 526³. 565³. Ω 108³.

(ἐνὶ) πληθυῖ Χ 458⁵. λ 514³; πληθυῖ δαμασαίατο (πληθύς Marc.) π 105³; libri optimi diaeresin (υϊ) praebent, cf. ed. La Rochei ad Χ 458.

(περὶ) ἰξυῖ ε 231 e. κ 544 e.

ὀιζυῖ (ξυνέσεσθαι) η 270 e.

ὀρχηστυῖ (περιγινόμεθ') θ 253³. (τέρποντ') ρ 605⁵.

θρήνυι (βάλε) ρ 504³.

Praepositiones vel verba his nominibus ideo adiecimus, ut perspici possit his dativis in vetustiore Iliade locativi vim inesse, in recentiore Odyssea praeter locativum etiam bis (πληθυῖ π 105, θρήνυι ρ 504) vim instrumentalis. Quae si aliter essent et instrumentales in Iliade numero praevalerent,

---

*) Sic partic. perf. act. feminina in -υῖα, ut μεμαυῖα, orta illa ex -υσια (skr. ushi) nusquam non contracta inveniuntur.

facile mihi Christius persuaderet, qui proll. p. 141 priscis instrumentalibus κνῆστι νεμέσσι μῆτι nomina θρῆνῡ et πληθῡ abiecto ι dativi adiunxit.

Quod nominis ὄFις mentionem movimus, liceat hoc loco eam contractionem pertractare, quam huius vocis vocales ο et ι in Homeri carminibus interdum perpessae esse videntur. Inchoavit enim neque absolvit hanc rem Roehlius in ‘quaestionum homericarum specimine‘ (p. 25 sq.), id quod supra p. 18 monuimus. Atque illi quidem e numero formarum contractarum vocabulum οἰοπόλος, quod in Iliade ‘desolatum‘ significat, ‘upilionem‘ demum in hymn. Merc. v. 314, merito excludendum erat; interceteras vero duas eleganter coniectando sustulit; nempe X 501

μυελὸν οἶον ἔδεσκε καὶ οἰῶν πίονα δημόν

sic invertit «ἔδεσκ’ ὀFίων καὶ πίονα δημόν»; et Σ 588

ἐν καλῇ βήσσῃ, μέγαν οἰῶν ἀργεννάων

dum «ὀFίων μέγαν ἀργεννάων» transposuit, languidi versus numeros allevavit. Intactas autem reliquit formas disyllabas

οἰῶν: Λ 678. 696. Ο 323. ι 448. λ 402. μ 129. 266. 299. ξ 100. υ 142. ω 112.
οἰός: Μ 451. Ν 599. 716. α 443. φ 408.

Et in versu ξ 100, qui in πώεα οἰῶν exit, emendationis ansam praebet auctor gravissimus: Strabo enim (X 453) «πώεα μήλων» legit, id quod per se praeferendum, cum et hiatus tollatur et μῆλον epicae poësi accommodatius sit quam οἶς tritum illud et omni Graecorum aetate usitatum; ceterum eadem clausula usus est Hes. op. 786. Simili ratione υ 142 «κώεσιν οἰῶν» in «κώεσι μήλων» convertere non vereor, quamquam varia lectio deest; analogiae enim lex plus valet teste aliquo incerto ac dubio; hanc igitur ducem secutus etiam Λ 678 «πώεα μήλων» praefero, non quia unus liber deterrimae notae L (Vind. 5) eam lectionem servavit. Hunc vero versum (Λ 678) imitatur μ 129

βόσκοντ' Ἠελίοιο βόες καὶ Fίφια μῆλα
ἑπτὰ βοῶν ἀγέλαι, τόσα δ' οἰῶν πώεα καλά·

etenim cum versu originali (πεντήκοντα βοῶν ἀγέλας, τόσα πώεα οἰῶν) particula δ' deesset, apparet hanc una cum vocabulo οἰῶν immigrasse et pristina verba «τόσα μήλων» loco depulisse. Aliam ob causam sanandus est versus μ 299

εἴ κέ τιν' ἠὲ βοῶν ἀγέλην ἢ πῶυ μέγ' οἰῶν·

nam concinnitas orationis poscit «πῶύ τι μήλων», quo eodem modo versum O 323 emendaverim. In eodem carmine versum μ 266 ab «οἰῶν τε βληχήν» incipientem corrige «ἠδ' ὀFίων βληχήν». Neque diutius legi nostrae adversabitur ι 448, in Cyclopis oratione,

ὕστατος; οὔ τι πάρος γε λελειμμένος ἔρχεαι οἰῶν,

dummodo varias lectiones, ἔρχεο (codd. CQ) e ἀρνῶν (PS) audacter praeferamus. Neque me fugit praesens adverbio πάρος adiunctum defendi posse locis Σ 386. 425. δ 811. ε 88; sed ex his versibus huic quoque loco haud scio an illatum sit. Ex iis qui restant duo versus suspecti; namque λ 402 (βοῦς περιταμνόμενον ἠδ' οἰῶν πώεα καλά) et ab Aristophane damnatus et procul dubio assumptus est ex ω 112, ubi aptior fertur; ceterum hic quoque alia forma traditur in libris DL (βοῦς περιταμνομένους καὶ ὄις καὶ πίονας αἶγας.) Denique in v. Λ 696 «πῶυ μέγ' οἰῶν» in «πῶύ τι μήλων» corrigere etsi liberum est, tamen recenti in carmine (Νέστορος ὁμιλίᾳ) tanta cum audacia novare nolo, praesertim cum locutio illa e prava imitatione v. Γ 198, ubi ὀΐων μέγα πῶυ, orta videatur.

Singularis genetivus οἰός, qui in exitu versuum M 451. φ 408 et in iunctura οἰὸς ἄωτος N 599. 716 α 443 invenitur, aut cum schol. A: ad Γ 198 «ἕνεκα τοῦ μέτρου» excusandus erit, cum tribrachys versum recalcitret, aut in ὠός mutandus, siquidem digammi vi vocalem ο recte produci docent similes voces ὤιες (ι 425), ὀλώιος, κώιλος, et ι inter duas vocales intercidere potest, ut in ὄεσσι, Z 25. Λ 106.

Si quis autem causam a nobis petat, cur synaeresin huius diphthongi tam constanter insectemur, illud moneo vocem ὄις, antiquitus vivo cum digammo pronuntiatam, usque ad Alexandrinorum aetatem diaeresin vocalium servasse: neque enim, si non ita esset, tam acres lites inter grammaticos exarsissent, cum alii ὀΐων trisyllabum, disyllabum οἰῶν alii postularent. Quo in certamine Aristarchum comperimus inferiorem decessisse, utpote causam debiliorem defendentem. Schol. Γ 198 Ven. A, B, Lips., Victor.: ὀΐων · ὁ μὲν Ἀρίσταρχος οἰῶν ὡς αἰγῶν, ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς ὀΐων ὡς δαΐδων, λέγων ὡς οὐ κλίνει τὸ μονοσύλλαβον ὁ ποιητής, εἰ μὴ μέτρον κωλύσειεν. Ibid. schol. A: ἄλλως. Ἀρίσταρχος δισυλλάβως ὡς αἰγῶν, καὶ Πτολεμαῖος ὁ Ἀσκαλωνίτης · Ἀριστόνικος δὲ τρισυλλάβως, ὡς τὸ «ὀΐων μέγα πῶυ»· ὁ μέντοι Πτολεμαῖος οὐχ ὑγιὲς αἴτιον ἐπιφέρει τῆς δισυλλάβου ἀναγνώσεως. φησὶν γὰρ ὅτι ἡ εὐθεῖα μονοσύλλαβός ἐστιν, οἶς ὡς αἴξ, διαμαρτάνει δέ · οὐδέποτε γὰρ ὁ ποιητὴς μονοσυλλάβως εἶπε τὴν εὐθεῖαν, δισυλλάβως δέ «τοῖσι δ' ὄις λάσιος» (Ω 125) . καὶ τὰς πλαγίους δὲ κατὰ διάστασιν του ι λέγει, εἰ μὴ κωλύοι μέτρον· (I 207, ι 184, κ 524). ἕνεκα δὲ μέτρου «οἰὸς ἀώτῳ» καὶ «οἰῶν τε βληχήν«. ὥστε εἰ καὶ ἐνθάδε μέτρον οὐ κωλύει, οὐδὲν ἦν ἐμποδὼν παραδέξασθαι τὴν τοῦ Ἀριστονίκου ἀνάγνωσιν. καὶ γὰρ ἄλλως τὸ ὄις ἀναλογώτερον ἔσται δισύλλαβον ὂν τοῦ μονοσυλλάβου· πολλὰ γὰρ τὰ εἰς ις λήγοντα ἐπ' εὐθείας, οὐδὲν δὲ εἰς οις, ὅτι μὴ μόνον τὸ οἶς καὶ παρὰ Ἀττικοῖς τὸ φθοῖς.

Iam agendum de nominibus in -εύς desinentibus, quorum stirpes cum F littera insignes essent, contractionibus in epica dialecto locum non fuisse veri simillimum est. Igitur formas paucissimas quae contractae in libris Homeri feruntur Nauckius ordine pertractavit et emendando sustulit (v. Mél. Gr. Rs. III, 219 sq., praef. Odyss. p. IX): hunc nos quoque quasi ducem et signiferum sequi decet. Scilicet La Rocheus in appendice edit. Iliad. ad v. Ω 61 solis Ἀτρέϊ et Τυδέϊ regibus has dativi formas concesserat, aliis, ut Πορθεῖ (Ξ 115). Ἀχιλλεῖ (Ψ 792), Ὀδυσσεῖ (ε 398. ν 35) aut contractas in -εῖ

aut diductas in -ῆι tribuerat, solutas vero in -έϊ abiudicaverat; eodem modo «Πηλέος υἱός» praeposuerat lectioni inde a Thierschio vulgatae «Πηλῆος υἱός». Contra haec, quae ratione carere quivis videt, Nauckius et formis solutis Homerum uti nec digammi vim opprimi posse demonstrat: Thierschio esse assentiendum qui Πηλῆος υἱέ (_ ⏑ ⏑ ⏑ _) ut ῥυθμικώτερον maluerit (Griech. Gr. § 194, 49 b); paucissimos vero locos qui solito usui resistant reiciendos emendandosve esse. Sic Ἰδομενεῦς genetivi vicem obtinere veteribus quibusdam grammaticis visum esse, cum praeter morem verbum λήγειν accusativum trahere vidissent in versu N 424

Ἰδομενεὺς δ' οὐ λῆγε μένος μέγα, ἵετο δ' αἰεί . . .;

ipsum malle «παῦε μένος»*). Arcendas esse a textu coniecturas ut προπάροιθεν Ὀδυσσεῦς (ω 416) pro προπάροιθ' Ὀδυσῆος vel ἔνθ' Ὀδυσῆ καὶ ἐγὼν (τ 185), — id quod Gerhard (lectt. Apollon. p. 177) pro ἐνθ' Ὀδυσῆα ἐγών commendavit, ut hiatus tolleretur —; damnandam esse Bekkeri lectionem Ὀδυσεῖ (ε 398. ν 35); denique Ὀδυσῆα ποθεῦσα (τ 136) praestare Aristarcheae contractioni Ὀδυσῆ ποθέουσα. Restare quinque formas in versibus O 339. Δ 384. ω 398. Ψ 792. Λ 151: has ego quoque iam accurate tractabo non ut nova afferam, sed ut allata ab aliis confirmem.

Μηκιστῆ, O 339, de quo loco Nauckius: 'prius illud ἕλε quidam e versu insequente mutuatus lectionem genuinam «Μηκιστῆα δὲ Πουλυδάμας» oblitteravit; exciderat enim per ἔλλειψιν verbum, ut χ 266 ἔπεφνε, Quint. Smyrn. 13, 211 ἕλε.' Addo

*) Alio loco (Mél. Gr.-Rs. IV 498) verbum λήγειν cum accusativo bis (Φ 305. χ 63) iunctum esse Nauckius observat et his quoque versibus παύειν reddere vult: equidem sufficere causam non video; nam κατὰ σύνεσιν non minus Homero quam aliis poëtis accusativo uti licuit, ita ut λήγειν modo abstinendi (τοῦ ἀπέχεσθαι) modo coërcendi (τοῦ παύειν) vim haberet. Quodsi Hes. scut. H. 449 παῦε μάχης, hymn. Cer. 351 παύσειε χόλου traditur, hoc non contrarium vitium esse duco, sed eandem liberioris sermonis licentiam. — Ceterum formam Ἰδομενεῦς I. Bekker, hom. Bl. I 40, not., improbavit.

similiter verbum deesse in vv. Λ 221 (ἦλθεν), Π 401 (βάλε), Φ 162 (ἀνέσχετο). Qui tenaciores traditionis sunt, his ego auctor sum, ut Μηκιστῆν (G. Vrat. b. Flor. C, ν add. 2. man.) per metaplasmum accipiant et Ἀντιφάτην, M 191, cum Ἀντιφατῆα, κ 114 conferant.

Τυδῆ, Δ 384, in versu ἔνθ' αὖτ' ἀγγελίην ἐπὶ Τυδῆ στεῖλαν Ἀχαιοί. Removit hanc formam Nauckius praeverbio ἐπί eiecto: Τυδῆα στεῖλάν sive Τυδῆ' ἔστειλαν, comparans locutiones ἀγγελίην et ἐξεσίην ἐλθεῖν, Λ 140. Ω 235. φ 20. Simplicior ea quam Christius adhibuit medela 'ἔπι Τυδέα τεῖλαν': etenim abiectam σ initialem litteram esse iudicat, qua de re supra (p. 27) disputavimus; exemplis a Curtio (Gr. Et.[5] p. 429) congestis haud scio an τείρεα addendum sit, ut quod nomini ἀστήρ cognatum esse videatur. Ego, cum praepositionem ἐπί ad verbum τεῖλαν referendam esse versus caesura indicetur, ut Christii illud τεῖλαν confirmare gaudeo, ita verbum ἐπιτέλλω cum dativo apud Homerum usitatum latere suspicor (v. E 320 συνθεσίας τινί, Λ 840 μῦθόν τινι); itaque «ἐπὶ Τυδέϊ τεῖλαν» proponam praesertim cum libri C 2. man. D. G. Mor.
εῖ η
Cant. Vrat. a, c «τυδεῖ» praebeant, τυδη S., τυδεῖ L.

Ὀδυσεῦς, ω 398 in versibus: (Δόλιος) κίε χεῖρε πετάσσας ἀμφοτέρας, Ὀδυσεῦς δὲ λαβὼν κύσε χεῖρ' ἐπὶ καρπῷ.

Scite coniecit primum Nauckius «ἄμφω, Ὀδυσσῆος»; tum totum versum ut spurium notavit, quod eum qui manus extendisset, brachia circumdare, non osculari deceret. Etsi veri non dissimile est transcriptores ΟΔΥCΕΟC male in Ὀδυσεῦς vertisse utque versum explerent, ἄμφω in ἀμφοτέρας extendisse, tamen recentissimi carminis, dubii insuper versus contractionem notare malo quam eliminare.

Ἀχιλλεῖ, Ψ 792, quo loco Antilochus se excusat quod e certamine pedum cum Aiace et Ulixe commisso victus excesserit:

οὗτος δὲ προτέρης γενεῆς προτέρων τ' ἀνθρώπων·
ὠμογέροντα δέ μιν φάσ' ἔμμεναι· ἀργαλέον δὲ
(792) ποσσὶν ἐριδ(δ)ήσασθαι 'Αχαιοῖς, εἰ μὴ 'Αχιλλεῖ.

Tribus laborare versum difficultatibus censet Nauckius: primum quod 'Αχιλλεῖ insolito contrahatur; dein quod ἐριδ(δ)ήσασθαι seu ἐριζήσασθαι (schol. V.) exemplis et similitudine careat; tum quod dandi casus αὐτῷ i. e. 'Οδυσσεῖ huic verbo male desit. Inde proponit in apparatu editionis suae:

πρός μιν ἐρίζεσθαι ἄλλοισί γε πλὴν 'Αχιλῆι.

Verum ποσσὶν non sine causa in exordio versus positum cernas; et particulas γὲ πλὴν ipse Nauckius (Mél. Gr.-Rs. IV 412, praef. Iliad. pars II, p. XVI) in «γε ἤ» collato versu P 78 correxit. Equidem e coniectura Nauckii ἄλλοις recipio, cui «εἰ μὴ 'Αχιλῆι» subiciendum esse statuo cum L. Lange, Partikel εἰ, p. 255; cetera hunc in modum converto:

. . . . ἀργαλέος δὲ
πόσσ' ἐριδαίνεσθαι | ἄλλοισ', εἰ μὴ 'Αχιλῆι·

etenim ἀργαλέος cum persona iungitur A 589. δ 397; πόσσ' extat Υ 497. — Qui praeterea in libris nostris ferebantur dativi, nunc remotos esse nemo dolebit: υἱεῖ Φ 34 ipsi La Rocheo displicet, qui collata lectione υἷι (sic CEGHL) B 791 etiam priore loco υἷι in codd. S Cant. 'non male' extare adnotat; tum dativum Πηλεῖ Ω 61 cum libris ACD et Eust. editores Spitzner Bekker (II) Hoffmann (quaestt. hom. I 57) servant: contra iure Nauckius Πηλέϊ, maiore etiam Christius Πηλῆ' exemplo nisus 'Οδυσῆ', ε 398. ν 35, edidit.

Denique versum Λ 151 praestantissimi libri sic tradiderunt:

ἱππεῖς δ' ἱππῆας, ὑπὸ δέ σφισιν ὦρτο κονίη,

nisi quod D et schol. AD ad Λ 153 exordium «ἱππῆες δ'» servaverunt. Restituit coniectura palmaria genuinam versus formam vir summi ingenii Lehrsius in libro qui inscribitur

'quaestiones epicae' p. 242 adnot., dum de forma βασιλέων (Hes. op. 263) haec verba fecit: 'genetivus βασιλέων imperitum vel recentiorem auctorem prodit. Vocativus βασιλεῖς (v. 250) ne ipse quidem ex more veterum epicorum est. At primum apud Homerum est ἱππεῖς, Λ 151. Quod mihi non verum videtur, sed potius ab initio fuisse «ἱππῆες δ' ἱππῆας, ὑπὸ σφίσι*) δ' ὦρτο κονίη». Sed si forte antiqua mutatio est, iam antiquo potest communem morem declinandi ansam dedisse'.

Age nunc, quae nuperrime A. Ludwich in libro 'Aristarchs Homerische Textkritik', II p. 165, de eiusmodi emendationibus sentiat, mecum considera. Orsus ille a Nauckii verbis in praef. Odyss. p. IX hunc in modum hariolatur: «Die Seltenheit dieser Contraction (Ὀδυσῆ Τυδῆ Μηκιστῆ) bei Homer scheint auch Aristarch nicht unbeachtet gelassen zu haben .... Da er indessen mehr auf die Ueberlieferung gab als auf die trügerischen Ergebnisse der Analogie, so wagte er es nicht, die drei genannten Formen zu beseitigen. Der Analogetiker Nauck vertritt den entgegengesetzten Standpunkt .... Auf welcher Seite der 'Irrthum' liegen mag, kann jeder nach eigenem Belieben entscheiden.» Quid igitur? Utrum cum Ludwichio inconstantiam et sordes traditionis usque adorabimus an magistri eius clarissimi, Lehrsii, et Nauckii, quem quidem viam a Lehrsio praemunitam persecutum esse nemo non videt, acumine et ingenii felicitate delectabimur? Nam ne nos quidem in vv. Λ 151, Δ 384 corrigendis a traditione aberasse Ludwichius convincet.

Revertit Nauckius l. l., ut ea quae de nominibus in -εύς disseruit confirmet, ad patronymica Ἀτρεϝίδης, Τυδεϝίδης, quae cum ne tragicis quidem sint ignota (Aesch. Ag. 123. Soph. Ant. 982. Eur. Med. 824), tandem Homero reddenda esse; nam apud epicos id fieri licere ab Homeri aetate usque

*) ὑπό σφισι La Rocheus correxit.

ad Tzetzem: an huius auctoritatem et grammaticorum argutias rationi praevalere? Immo Tzetzarum abusu non tolli usum sed confirmari.*)

Nominum in -ώς (-οσ) et -ώ**) exeuntium formas contractas primus E. Gerhard in libro qui inscribitur Lectiones Apollonianae (Lips. 1816) p. 143 sq. sollicitavit et formulas, ut ἠῶ δῖαν, αἰδοῖ εἴκων, quae spondiacos versus redderent, solvere iussit; hunc secutus Nauckius ceteras omnes formas, ubi per versum liceret, solvit; ubi numerus non permitteret, emendando adversantes eicere conabatur, cf. Mél. Gr.-R. III 240 sq. Christius ut Gerhardio assensus est (Metrik² p. 188), ita Nauckium 'iusto longius progressum esse' iudicat in proll. p. 181, id quod appareat ex aliquot formis 'nullis machinis amovendis.' Has copiosius aliquanto congeramus.

genetivi:

Λητοῦς Α 9¹. Ξ 327³. ἠοῦς Θ 470¹. 525². δ 188². αἰδοῦς υ 171⁴.

dativi:

Λητοῖ Φ 498¹. Ω 607³. Πυθοῖ Ι 405⁴. θ 80¹. χρειοῖ Θ 57¹. ἱδρῷ Ρ 745⁴. (ἔρῳ σ 212⁴. γέλῳ σ 100³.)

accusativi:

κυκεῶ κ 290³. 316³. κυκειῶ Λ 624³. 641 e. Τυρώ λ 235⁴. Πηρώ λ 287⁴. Καλυψώ ψ 333 e.***)

*) Obiter commemoro has formas in peculiari commentario 'de nominum in -εύς exeuntium flexione Homerica' tractasse E. J. Hauptium (Lips. 1883). Is recepit (p. 16) Lehrsii coniecturam; quae Nauckius in nominibus Τυδῆ et Μηκιστῆ novavit, ut incerta praeteriit, de 'Οδυσεῦς idem quod ille sentit; 'Ιδομενεῦς vero ne novit quidem; denique 'Αχιλλέϊ per synizesin in exitu versus legi posse contendit (p. 13) neque exempla afferre veretur 'τεύχεα Η 207, Διομήδεα Δ 365 alia'. Quid inter synizesin 'Αχιλλέϊ et contractionem 'Αχιλλεῖ intersit vellem dixisset; quod vero ille τεύχε-σ-α et Διομήδε-σ-α alius generis esse quam 'Αχιλλέ-F-ι non intellexit, hoc memorasse me paene pertaesum est.

**) Stirpem antiquitus in -οι desiisse censet Ahrensius, in -oFι Curtius.

***) Qui ἰχῶ accus. Ε 416 (cum A, Ambr., Eust., N, Mor., Et. M., Gud., Zon.) praeferent, iis solutam formam ἰχόα legere liberum erit.

Ex his primum secernenda ea vocabula sunt quae in recentissimis carminibus extant, nempe Λητόος Ξ 327 (vv. 317—327, Hesiodeum χαρακτῆρα prodentes et strophice compositi, iam ab Aristophane Aristarcho damnantur); tum κυκειῶ Λ (624[3]). 640 e. in colloquio Nestoris cum Patroclo; dein ἠοῦς Θ 525 in versibus ineptissimis qui in schol. A damnati, a Bekkero deleti sunt; eadem forma δ 188 in Telemachia; porro Λητοῖ Φ 498 in carmine Theomachiae admodum recenti; item Τυρώ et Πηρώ in necyia; Καλυψώ vero legitur ψ 333 in versibus ψ 310—343 ab Aristarcho damnatis, scilicet iis qui summam Ulixis errorum continent et strophico ordine procul dubio compositi sunt (8 × 4 + 2)*). Ante caesuram quinariam excusari velim Λητοῖ Ω 607[3] (an «οὕνεκα Λητόι ἄντα Fισάσκετο καλλιπαρήῳ»?) et in Odyssea κυκεῶ κ 290. 316. Ceterae autem formae non ita traditione stabiliuntur, ut tentare eas nefas sit. Nam Λητοῦς, A 9, Nauckius feliciter dissolvit, cum ex Iliadis quodam prooemio, in anecd. Rom. p. 5 ed. Os. servato, hemistichion «Λητοῦς (Λητόος) ἀγλαὸν υἱόν» in locum illius «Λητοῦς καὶ Διὸς υἱός» succedere maluit. Hoc hemistichion quam religione et vetustate sacratum fuerit praecipuum documentum mihi videtur, quod bis eo usus est auctor hymni in Mercurium, vv. 314. 500:

Ἑρμῆς τ' οἰοπόλος καὶ Λητοῦς (lege Λητόος) ἀγλαὸς υἱός·

Λητοῦς ἀγλαὸς υἱός, ἄναξ ἑκάεργος Ἀπόλλων.

Tum Θ 470[1] in versu pessimi numeri

ἠοῦς | δὴ καὶ | μᾶλλον ὑπερμενέα Κρονίωνα,

facillime ex «ἠοόθεν καὶ μᾶλλον» sive «ἠέρι δὴ» corrumpi poterat; ceterum haec quoque forma in carmine iuniore extat. Etiam formam αἰδοῦς in versu υ 171[4]

οἴκῳ ἐν ἀλλοτρίῳ, οὐδ' αἰδοῦς μοῖραν ἔχουσιν

tunc effugiemus, si pro trito illo μοῖραν elegantius multoque

*) neque enim v. 320 magis suspectus est quam ceteri omnes. Adde quod Πυθοῖ ϑ 80 in libro a Kirchhoffio inter novissimos relato est.

rarius vocabulum *αἶσαν* ponemus: sic Φελπίδος αἶσα legitur π 101. τ 84. E dativorum numero tres emendatione egent: Πυθοῖ ἐνὶ πετρηέσσῃ, I 405, ubi Bekkerus Πυθῶν' mavult, haud scio an «ἐνὶ Πυθόι πετρηέσσῃ» satius sit; tum χρειοῖ Θ 57 libri tradunt, sed schol. Ven. B «χρείῃ ἀναγκαίῃ» habet. Ego cur formam ionicam χρείη Homero abiudicem, nullam video esse causam, cum eam testetur Theognidis versus 62

ἐκ θυμοῦ, χρείης εἵνεκα μηδεμίης,

ubi male Bergkius «χρειοῦς possis suspicari» adnotavit. Tertius dativus legitur in versu spondiaco P 745:

τείρεθ' ὁμοῦ καμάτῳ τε καὶ ἱδρῷ σπευδόντεσσιν·

hic Nauckius proposuit «ἱδρόι τειρομένοισι»; an «ἱδρόι σευομένοισι»? Verum formas γέλῳ ἔρῳ omnino non commemorassem, nisi essent qui eius nominativum γέλως ἔρως esse contenderent: sed Bekkerus (ed. II.), quem Payne-Knightius et Bentleius Angli antecessere, et Christius (proll. p. 111) aeolicas formas ἔρος γέλος praetulere: cui rei accentus in paenultima positus admodum suffragatur*). Denique κυκειῶ Λ 624 in κυκειό' (i. e. κυκειόα) mutare non vereor, siquidem novissimi editores ἠό' ἱδρό' in textu scribere non dubitaverunt.

Ahrensium quoque de nominibus in -ώς et ώ Homericis disseruisse video (K. Z. III p. 111 sq.) Is quoniam stirps illorum nominum non est eadem, merito ea separatim tractare maluit et iudicium de illis variegavit. Nam nominum in -ώ formas incontractas, etsi in genetivo et dativo fere licitae essent, tamen nullo modo necessarias esse censuit; prorsus aliam esse causam nominum ἠώς et αἰδώς; haec solvi debere. Igitur Zenodoti formam ἄας Θ 470, quam Duentzer (Zen. p. 51) in libris a Zenodoto inventam, non fictam esse recte statuit, praefert; item υ 171 αἰδόος αἶσαν proponit, et scite δ 188 quoque «'Ηόος ὅν ῥ' ἔκτεινε» coniceret, nisi hic versus ad exemplum v. α 30 (τόν ῥ' 'Αγαμεμνονίδης τηλεκλυτὸς ἔκταν' 'Ορέστης) expressus esset.

*) Disseruit de his formis Hinrichs, de hom. eloc. vest. aeol. p. 98.

Iam cetera nomina quorum stirpes in -ες exeunt, neutra scilicet in -ος cadentia ut τεῖχος, et masculina in -ης, ut Διομήδης ἐναργής pertractanda suscipiamus. Horum igitur casus omnes praeter dativos et genetivos plur. in attico sermone contrahi constat, apud Homerum quotiens quo iure contracti legantur hoc inquirendum est.

Atque genetivum quidem solutas formas in titulis ionicis usque ad medium saeculum quartum servare exemplis congestis docet G. Erman, Curt. St. V p. 292 sq. Herodotum quoque γένεος Ἀστυάγεος ἀληθέος scripsisse patet: unde consequens est ut contractae in -ευς formae Homericae suspicionem moveant quam maxumam.

Ἠΰτ' ὄρεος Γ 10 editio Chia et Massiliensis cum aliis quibusdam per synizesin legi voluerunt: Aristarchi lectio «εὖτ' ὄρεος» procul dubio sola recta est et accepta. ἐρέβευσφιν I 572 ACDE cum terminorum pleonasmo: ἐρέβεσφιν editores dudum correxerunt. Suspectum etiam ἐρέβευς in versu Θ 368: ἐξ ἐρέβευς ἄξοντα κύνα στυγεροῦ Ἀίδαο. Nam hoc in vocabulo equidem non concedam poëtam ideo esse excusandum quod versus necessitate coactus sit: quid? nonne ἐξ Ἀίδεω sive Ἀίδα' ei praesto erat? Igitur si ordinem verborum paullum immutaveris, versum efficies, qui immanem Herculis laborem melius depingat:

ἐξάξοντ' ἐρέβεσφι κύνα στυγεροῦ Ἀίδαο.

θάρσευς legitur P 573 «τοίου μιν θάρσευς» quod in «τοίου μιν θράσεος» mutari posse nemo sanus iudicii dubitabit; nam θράσος forma Ξ 416 traditur, quam metathesin postmodo tractabo. διογενεῦς I 106 invenitur in libris AHLS Cant. Vrat. A. et γράφεται apud Eust., in schol. AD; contra διογενές vocativus in codd. C, D (supr. ευ) et apud Eust., quos secuti sunt optimo iure editores. Nudum adiectivum vocativi vicem tenet A 158 (ἀναιδές), I 229 et Ψ 594 (διοτρεφές). γένευς, ο 533, habent codd. A ex corr. CDIKNPQRSV, E., schol. O 4; γένεος (A 1. m. ?) G. M., γένους L.; casum rectum γένος solus

Harleianus 'qui in optimis habetur' ex emendatione: bene hanc se habere facile sibi persuadebit qui modo legerit versum

ὑμετέρου δ' οὐκ ἔστι γένος βασιλεύτερον ἄλλο.*)

ε ὐ ε ρ γ έ ο ς in versu Π 743

κάππεσ' ἀπ' εὐεργέος δίφρου, λίπε δ' ὀστέα θυμός.

Hanc synizesin ut evitaret probe coniecit Nauckius: ἔκπεσ' ἐυξέστου nisi quod longius a traditione recessit quam Christius, qui l. l. «εὐFρεγέος» cum metathesi syllabae Fρεγ pro Fεργ ingeniose proposuit. Etenim licet talis litterarum traiectio in nomine Fέργον quantum meminerim non accidat, facta tamen est in verbo Homerico ῥέζω, orto illo ex *Fρεγ-jω i. e. *Fεργ-jω, cf. Siegismund in Curt. St. V, 162. Quamquam Christius in appendice editionis (p. 737) «εὐπλεκέος», collato Ψ 436, corrigere maluit. Ego (non quia melius quicquam afferre posse confidam, sed ne aliorum vestigia commodus premam) εὐεργέος illud in εὐέργου mutaverim: nam εὐεργός etsi in Odyssea 'recte agentem' significat, tamen εὔεργος sensu passivo, ut est apud Theocritum (idyll. 10,43), iuxta εὐεργής aequales Homeri usurpare poterant, cf. εὐπλεκής-εὔπλεκτος, ἐύῤῥοος-ἐυῤῥεής, ἐυστρεφής-ἐύστροφος, εὐρυπυλής-Εὐρύπυλος etc.

Tres quae in Odyssea restant formae excusantur; θάμβευς ω 394 e. in carmine recentissimo adque in exitu versus; ἐρέβευς λ 37[3] et θέρευς η 118[3] (hoc in descriptione hortorum Alcinoi) insuper ante caesuram semiquinariam magis tolera-

*) Ex his genetivis aliquot in grammaticorum commenta a La Rocheo l. l. citata transierunt: sed duobus tantum locis contractio vocalium εο in ευ Iadis et Doridis propria esse memoratur (Bekk. anecdot. 1204: οἱ γὰρ Ἴωνες καὶ οἱ Δωριεῖς τὴν Ὀδυσσέως καὶ Ἰδομενέως γενικὴν Ὀδυσεῦς καὶ Ἰδομενεῦς λέγουσι; Crameri anecd. gr. Oxoniensia III, 233, 30: παρὰ τοῖς Δωριεῦσι καὶ τοῖς Ἴωσιν εἰς ευ· οἷον Ἰδομενέος Ἰδομενεῦς), ceteris tantummodo Dorica haec contractio perperam audit: Bekk. anecdot. 1236. 1240. Et. M. 448, 31 (κράσει Δωρικῇ τοῦ εο εἰς ευ δίφθογγον, ὡς . . . . ἐρέβευς) Et. Gud. 273, 29 (Δωρικῶς κράσει . . . . ὡς ἐρέβευς, ... Ἰδομενεῦς . ., ἵζευ).

biles evadunt; ceterum vel in his vocibus duas vocales εο quam diphthongum ευ scribere satius duco.

Tanti esse videtur hoc loco pauca de contractione vocalium εο in ου memorare, cum in exemplis quae modo tractavimus variae lectiones ϑάρσους (P 573) in cod. C., in edd. vett., ap. Eust. et γένους (ο 533) in cod. L (Vind. 5) exaratae inveniantur. Hanc diphthongum ex εο oriri in Atthide, non in Iade vetustiore constat, namque ut Εἰδομένευς Τιμοκλεῦς etc. in ionicis titulis legitur (v. Erman, Curt. St. V 293), ita in atticis occurrit Εὐάγους, Παναίσχους etc. (cf. K. Meisterhans, Gramm. der att. Inschriften, p. 59). Igitur hanc quoque ob causam formae σπείους δείους, quas solas libri nostri exhibent, suspectae sunt habendae, non solum quod nominativi σπεῖος δεῖος illis desunt; his commoti et Ahrensius (Rh. Mus. II 173) et Leo Meyer (K. Z. VII, 204) iure illas ut atticas corruptelas convicerunt et σπέϜεος δέϜεος emendaverunt. Eiusdem generis sunt verba ἀνεῤῥίπτουν, ν 78, ubi ἀνεῤῥίπτευν editio Nauckiana, ἀνέῤῥιψαν collato κ 130 Bekkeriana commendat, et ἐδόκουν hymn. IV, 125 in ἐδόκευν mutandum. Sed talis corruptela rarissima in Homeri libris apparet, quamquam per versus leges innumeris locis irrepere poterat. Itaque non possumus non mirari Wilamowitzium τὸν Φιλομωμιχίδην, quod sine argumentis, non sine neglegentia talia iactat (Philol. Untersuch. VII 256 sq.): »Das Epos ward in Athen gern gehört, gern gelernt und gelesen; es unterlag demnach derselben metamorphose in Athen, der es allerorten unterlag; zum teil unwillkürlich, indem die attische sprache eindrang, wo sie konnte .... Athen centralisirt den buchhandel: kein wunder, dass man nachher nur attische Homere hatte ... die geschichtliche stellung Athens bedingt, dass die Alexandriner und also auch wir einen attischen Homer lesen, etc.»

Dativos neutrorum in -ος aut solutos apud Homerum

legi*) aut ita positos, ut diphthongus ει ab insequente vocali corripiatur, hanc legem et a me et ante me a Roehlio (quaestt. Hom. specim. Berol. 1869 p. 29 sq.) esse inventam supra (p. 18) breviter memoravi; addidi ex paucis quae adversentur formis aliquot ab eodem feliciter esse correctas.

Corripitur autem contractus terminus ει locis quinquaginta tribus:

ἄνθει: ζ 231 (insequitur ὁμοίας).

Ἄργει: Ζ 456 (ἐοῦσα). δ 562 (ἐν).

ἔγχει: Δ 307 (ὀρεξάσθω). Η 289 (Ἀχαιῶν). Κ 348 (ἐπαΐσσων). Λ 484 (ἀμύνετο) Ξ 38. Τ 49 (ἐρείδω). Ξ 403 (ἐπεί). Ξ 483. Χ 271 (ἐμῷ). Ρ 465 (ἐφορμᾶσθαι). Τ 218 (ἐγώ). κ 170 (ἐρειδόμενος). ξ 220 (ἔλεσκον).

ἔπει: Α 395 (ὤνησας). 504 (ἤ). Ο 106 (ἠέ).

ἔρκει: χ 469 (ἐνιπλήξωσι).

ἔτει: δ 82 (ἦλθον).

θέρει: μ 76 (οὔτ').

κάλλει: Ι 130. 272. Ψ 742. (ἐνίκων).

λέχει: ψ 189 (ἀσκητῷ).

μένει: Ζ 127. Φ 151. 431 (ἀντιόω). Υ 172 (ἦν).

νείκει: Η 95 (ὀνειδίζων).

(νέφει ἐστήριξε Λ 28 Eust., νέφεϊ στήριξε Arist.)

ξίφει: Ε 584. Υ 475 (ἤλασε). Λ 109 (ἐκ). Π 332 (αὐχένα).

οὔδει: Η 145. Λ 144. Μ 192 (ἐρείσθη). Π 612. Ρ 437. 528 (ἐνισκίμπτω).

σάκει: Ν 565 (Ἀντιλόχοιο). Υ 259 (ἤλασεν).

σθένει: Ν 678 (αὐτός). Υ 361 (οὔ).

στείνει: Θ 476 (ἐν).

τείχει: Ν 764 (ἔσαν). Ρ 404. 558. Ψ 81 (ὑπό).

φάει: φ 429 (αὐτάρ).

χείλει: Μ 52 (ἐφεσταότες).

χήτει: π 35 (ἐνευναίων).

*) soluti etiam in libris Herodoteis, v. Bredow, de dialecto Herod., Lips. 1846, p. 257.

Contra in arsi diphthongus ει invenitur septies: ϑάρσει Z 126.*) οὔδει Ψ 719. τάχει Ψ 515. φάει P 647. στείνει χ 460. πελάγει γ 91. τείχει X 299.*) Denique in exitu versus est οὔδει E 734. Θ 385. T 92. Ω 527. (Adde χήτει Z 463 La Rocheus, ἔπει E 879 editores). Horum ex numero Ψ 719:

οὔτ' Ὀδυσεὺς δύνατο σφῆλαι οὔδει τε πελάσσαι

collato κ 440

τῷ Ϝοι ἀποπλήξας κεφαλὴν οὐδάσδε πελάσσαι

Roehlius in «σφήλας οὐδάσδε πελάσσαι» optime mutavit: nam eadem medela et contractionem et hiatum sustulit. Tum X 299 «τείχει» in «τείχεσσ'» eundem tam facile quam eleganter correxisse fatendum est. At Z 126

σῷ ϑάρσει, ὅτ' ἐμὸν δολιχόσκιον ἔγχος ἔμεινας

Roehlius collato H 153 (ϑάρσεϊ ῷ) transponere maluit «ϑάρσεϊ σῷ». Equidem verborum ordine qui in v. Δ 99 (σῷ βέλεϊ) spectatur servato metathesi utar «σῷ ϑράσεϊ».**) Metatheseos exempla Homerica, quae quidem huc pertinent, ipse collegi haec: κράτος (κάρτος), κράτερος (κάρτερος), ἀτραπιτός (ἀταρπός), κραδίη (καρδίη), βραδύς (βάρδιστος), τέτρατος (τέταρτος); quae aliquanto augentur e Siegismundi 'de metathesi graeca' commentario (Curt. St. V p. 145 sq.), ubi Κράπαϑος (Κάρπαϑος), ἔδραϑον (δαρϑάνω), ἔπραϑον (πέρϑω), ἔδρακον (δέρκομαι), τραπείομεν (τέρπω), δρατός (δέρω) congesta reperias. Tum τάχει Ψ 515

κέρδεσιν, οὔ τι τάχει γε, παραφϑάμενος Μενέλαον

deleto τι in τάχεϊ (cf. ἔτεϊ π 206) mutare non magnae audaciae est. Verum in versu P 647

ἐν δὲ φάει καὶ ὄλεσσον, ἐπεί νύ τοι εὔαδεν οὕτως

---

*) Hoffmannus (quaestt. homeric. I 62) animadvertit haec duo vocabula sola ει diphthongum in arsi ante vocalem producere (praeter Ἄρει, v. p. 17.).

**) ϑράσεϊ: productae ι in dativo tertiae ante vocales exempla duodecim congessit cura La Rochei, Hom. Unters. p. 49, adnot.

dativus φάει ita quidem excusari poterit, ut ob nimium vocalium concursum contractus esse dicatur; sed digamma in voce φάϜος iam Homeri aetate prorsus evanuisse vix iure statuemus. Igitur praeposuerim «φάεϊ δ' ἓν καὶ ὄλεσσον»; sic φᾱεα producitur π 15, ρ 39; anastrophen vero praepositionis vulgarem fuisse non ex Homeri carminibus docebo, sed ex carmine populari (Bergk. poët. lyr. gr. III[4] 647):

νήσοις δ' ἐν μακάρων σέ φασιν εἶναι.*)

Dein στείνει χ 460 «εἴλεον ἐν στείνει, ὅθεν οὔ πως ἦεν ἀλύξαι»; nisi «ἐς στεῖνος» corrigendum erit (cf. Φ 8. Χ 12), scribam «ἐν στένεϊ»; nam etsi στεῖνος alibi occurrit, tamen idem qui βαθεῖα ὠκεῖα χειρί usurpavit, corripuit quoque βαθέης ὠκέα χερί; ceterum στένος extat ap. Aesch. Eum. v. 520 Dind.

Nomen πελάγει (γ 91) paratam, dixerit aliquis, habet excusationem quod πελάγεϊ (⏑ ⏑ ⏑ ⏑) numeris includi non poterat. At vitare potuit poëta ut vitavit ε 335 (νῦν δ' ἁλὸς ἐν πελάγεσσι). Quocirca etiam γ 91 corrigo

εἴ τε καὶ ἐν πελάγεσσ', ἐν κύμασιν 'Αμφιτρίτης· (v. ϑ 232);

cf. praeter Α 30. Β 549. Ο 606 versum clarissimum Teichoscopiae

ἐν Λακεδαίμονι αὖθι, φίλῃ ἐν πατρίδι γαίῃ. —

In versu Ζ 463 (χήτει τοιοῦδ' ἀνδρός) La Rocheus, quippe qui librorum fidem teneat, causam se intellegere negat, cur recentiores fere omnes χήτεϊ mutaverint. Maiore scilicet illi iure mutaverunt, etsi codicibus solis credendum est: nam quadraginta fere locis ab eodem congestis (Hom. Unters. p. 71) diductae formae prima in sede traduntur, in his etiam οὔδεϊ πλῆντ' Ξ 468, πλήθεϊ πρόσθε Ψ 639 contra positionis leges. Scilicet ex quo Bekkerus legem invenit, qua lege spondeus in primo pede vel invitis libris restituendus est, hanc multi artis incuriosi epicae dialecti amplexantur. Nos

*) «φασι ναίειν» elegantissime nuper Nauckius, Mél. Gr.-Rs. V, 181.

quidem rhapsodorum illum morem et veterum et recentium flocci facere didicimus prae ratione et linguae legibus. Quodsi E 879 editores «ταύτην οὔτε Fέπει προτιβάλλεαι οὐδέ τι Fέργῳ» voluerunt, ut digamma restituerent, cum libri οὔτ' ἔπεϊ exhiberent, equidem «οὐ Fέπεϊ .... οὐδέ τι Fέργῳ» cum Christio emendo collatis versibus η 210. λ 514. Denique in exitu οὔδει excusandum.

At cetera exempla, ea dico, in quibus contractum ει illud ante vocalem corripitur, omnia sic legi posse monet Roehlius l. l., ut aut ι elidatur (id quod ipse praeferre videtur) aut in semivocalem j transeat; iam utrum potius sit inquiramus. Et elisae quidem ι vocalis dativi exempla undecim contulit La Roche (Einleitg. § 30., non omnia; deest enim e. g. Π 854; P 324?); hanc litteram interdum 'perspicuitatis causa' ab Alexandrinis grammaticis in textu additam esse probavit Lehrsius in 'quaestionibus epicis' p. 47 sq. Sed in his vocali ι consonans antecedit; rariora vero ea exempla ubi ι eliditur praeeunte vocali:

νείκε' ὀνειδίζων H 95, „ἔν τισι τῶν ὑπομνημάτων ἔξω τοῦ ι“ Didymus; ἔν τισι νείκε' ὀ. in cod. A margine adscriptum.
ὑπερμενέ' Λ 727 lib. L, ὑπερμένε D, ὑπερμενεῖ ceteri.
'Οδυσῆ' ε 398 ll. omnes, ν 35 ACDE., editores.
'Ισχύ' hymn. Apoll. 2, 32 libri, quos secutus est Baumeister.
γήρα (i. e. γήρα') λ 136 Harl., IKNQ. ψ 283 ACFHILMQ.
υἶ' ἐμῷ Σ 458 G. S. Flor. Rom.*) Igitur ne in hoc quidem difficillimo elisionis genere a traditione prorsus destituti sumus.

Altera ex parte semivocali j amatoribus eius litterae uti plerisque in locis concedo, sed praefracte nego hoc accidere posse in versibus

Λ 484: αἴσσων Fῷ ἔγχει | ἀμύνετο νηλεὲς ἦμαρ·

---

*) adde schol. Harl. κ 316 δέπαϊ] ἐν ἄλλῳ γήραϊ ὑπὸ λιπαρῷ, quod ingeniose emendavit Porsonus ita: δέπαϊ] ἐν ἄλλῳ δέπα', ὡς γήρα' ὀ. λ.

I 272: ἐξέλεθ', αἳ τότε κάλλει | ἐνίκων φῦλα γυναικῶν (Ψ 742).
Υ 361: καὶ σθένει· | οὔ μέ τι φημὶ μεθησέμεν, οὐδ' ἠβαιόν.
Φ 520: κὰδ δ' ἵζον παρὰ πατρὶ κελαινεφεῖ. | αὐτὰρ Ἀχιλλεύς.
Etenim Ed. Sievers in libro qui inscribitur 'Grundzüge der Phonetik' p. 124 de vocali in semivocalem abeunte ita disseruit, ut tres vocales aia aut in ai-a, in quo ai diphthongus, aut in a-ja (a-ia), aut in ái-já dirimi posse contendat: at nullo modo fieri posse ut aj-a discribamus. Atqui hoc ultimum in quinque exemplis quae attuli, necessario illi postulabunt, qui semivocalem praeferant: an flagitant, quod unum restat, portenta ista nefanda: ἔγχε — ι ἀμύνετο, κάλλε — ι ἐνίκων, κελαινεφε — ι αὐτάρ? Quod quam sit contra naturae leges quivis intelleget: ergo non semivocalem esse scribendam, sed extruso ι dativi difficultates removeri et posse et debere mihi persuasi.

Addendae, quae idem patiuntur formae aliquot neutrorum in -ας, nempe δέπᾳ κ 316, γήρᾳ λ 136 ψ 283*) — contra σέλᾳ πυρὸς Θ 563. φ 246 Roehlius (p. 29) recte in πυρὸς σέλα' vertit —; tum adiectiva in -ης: πλατεῖ (⏑ ⏑) Η 86. ω 82. ὑπερμενεῖ (⏑) Λ 727. κελαινεφεῖ (⏑) Φ 520. ἐυστρεφεῖ (⏑) Ν 599. 716. Excusanda tamen ante caesuram duo: καταπρηνεῖ Π 792[3] (ν 164[3]), προαλεῖ Φ 262[3]; et in fine Εὐπείθει, ω 465 e. Liceat addere πήχει ἑλών φ 419, quod item legitur cum correpta ante vocalem ultima.**)

*) adde Λ 385 «κέρα [i. e. κέρα'] ἀγλαέ» DEGL al.: apud veteres κέραι σὺν τῷ ι teste Herodiano praevalebat. Si iota illud scribendum est, adscribendum, non subscribendum esse recte iudicat La Roche (Hom. Textkr. 297); neque me movet, quod idem elisiones γήρα' δέπα' damnat, cum damnaverint Bekkerus (hom. Bl. I 43) et Buttmannus (schol. κ 316: nescio cur non utrobique scribamus potius δέπᾳ γήρᾳ pro δέπα' γήρα'; quid enim? scribimusne etiam σάκε' aut τείχε'?)

**) Nuperrime J. van Leeuwen (Mnem. nov. s. X pars II, pag. 189), postquam dativos in libris elisos enumeravit, in adnotatiuncula monuit etiam nominum in -ος et -ας dativos fere semper elidi posse; dumque id uno in exemplo ἔγχει demonstrat, Christium hoc latere miratur. Verum Christius cum et aliquanto plures quam Leeuwen censet dativos relinqui videret et, utrum ι vocali antecedente elidi possit necne, demonstran-

Accusativus singul. nominum in -ης per synizesin legendus est aut in versuum clausula, ut in θεοειδέα Γ 27 (-ῆ C). 450 (-ῆ L. Mosc. 1). Ω 483 (-ῆ C Vrat. d.). φ 277; Πολυδεύκεα Γ 237 (Πολυδεύκην C S). λ 300 (Πολυδεύκην IQV, Tzetz.); Διομήδεα Δ 365. E 881; aut in tertii pedis ictu ante caesuram primariam ut in πρωτοπαγέα Ω 267[3] (-ῆ CGS Pap. 2. m. Bar. Harl. Mor. Townl. Vrat. d.), ὑψερεφέα (n. pl.) δ 757[3], ἀλλοειδέα seu potius ἀλλο[F]ιδέα (sic L Vind.) ν 194[3], αἰνοπαθέα σ 201[3] (-ῆ librorum consensus.), Εὐπείθεα ω 523[3] (-η K S).

---

dum esse non affirmandum putaret, iure scientiam sibi reservavit. Quae Leeuwen conicit θάρσεϊ σῷ et πυρὸς σέλα' iam Roehlio coniecta esse vidimus; praeterea πελάγει γ 91 in πόντῳ, τείχει in πύργῳ (cf. M 332) mutandum commendat; sed quod E 734 (Θ 385)

πέπλον μὲν κατέχευεν ἑανὸν πατρὸς ἐπ' οὔδει

verborum transpositione facile sanare posse sibi persuadet cum scribat

πέπλον μὲν Fεανὸν κατέχευεν ἐπ' οὔδεϊ πατρός,

equidem nullo modo probo. —

Neque minimam partem ea quae de his dativis disputavimus firmantur, si diphthongum ει non modo in nominibus sed in adiectivis et derivatis quoque, quae ab illis in -ειος (-εσιος), -είη (-εσίη) ducuntur, in duas vocales dirimere poterimus. Hoc a Nauckio iam factum esse vidimus in vocibus 'Αργεῖος, θεῖος (v. p. 9), αἰδοῖος ἠοῖος ὁπηοῖος (Mél. Gr.-Rs. III 243—4). Tum in nominibus ἀεικείη ἀληθείη ἀναιδείη ἐλεγχείη ἐνηείη κατηφείη ὀνειδείη (-ος) πολυκερδείη natura fert, ut diphthongus ει in thesi sit et solvi patiatur, cum propter brevem syllabam primam secunda et quarta necessario in arsi sit. Praeterea solutos exitus reddere liberum est vocabulis ἐγχείη (ἔγχος), ἑρκεῖος, κήδειος, μισγάγκεια (ἄγκος) ubique, voci ἀφνειός (ἄφ[ε]νος) vicies quinquies, ἠθεῖος quinquies. Quae refragantur formae, has aut in fine versuum invenias, ut 'Ετεοκλήειος Ἡρακληείη Εὐρύκλεια ἠριγένεια 'Ιφικλήειος δυσαριστοτόκεια τέλειος aut in recentibus carminibus ut ἠθεῖε K 37, ἀφνειός I 483; item comparativos et superlativos ἀφνειότερος (α 165), -ότατος (Υ 220), αἰδοιότερος (λ 360), τελειότατος (Θ 247. Ω 315). Non excusantur ex tanto numero exempla duo: ἀφνειός, E 9[5], et αἰδοῖος, ρ 578[5].

Alexandrinorum quae fuerit in hac quaestione cura et diligentia, docet schol. A (Herodiani) ad E 856: ἔγχεϊ · εἴρηται περὶ τῶν τοιούτων δοτικῶν ποτὲ κατὰ διάστασιν, ὡς νῦν, καὶ ποτὲ κατὰ συναλοιφήν, καὶ ὅτι τὸ μέτρον πολλάκις αἴτιον· καὶ τὰ ἀντικείμενα, καίτοι γε μέτρου μὴ ἐμποδίζοντος, ὡς τὸ 'πλήθει πρόσθε βαλόντε' (Ψ 639).

Adde pluralem ἀσινέας λ 110³. μ 137³. Equidem non video causam cur Homero contractas formas a libris fere minoribus (praeter unum αἰνοπαθῆ) traditas cum Dindorfio inculcem: immo unum αἰνοπαθέα exemplo ceterorum corrigere licebit; hoc mecum poscere video La Rocheum, Hom. Unters. p. 146 sq. Duo tamen praeterea contracta non cum silentio praetereunda, ἀκραῆ β 421³ et ζαῆ μ 313³ (sic unus tradit l. N Ven. Marc. 'ex praestantissimis', ceteri ζαῆν vel ζαήν heteroclitum). Apparet illud proprie esse ἀκρ-αFέα, hoc *ζᾰ-ᾱFέα, ζᾱFέα. Et vocalis α etsi in ἄημι semper corripitur, tamen eam in nominibus ἀήρ ἁλιαής δυσαής non nisi longam esse constat. Igitur si contractas formas effugere volemus, heteroclitas (ἀκραήν, ζαήν) recipiemus, ut in Ἄρης -Ἄρηος -Ἄρην iam suscepimus. (de heterocl. cf. Krüger, D.-Gr. § 21).

Simili ratione pluralis nominum in -ης aut in exitu: ἐπιδευεῖς Ι 225. Ν 622. ἐναργεῖς Υ 131. η 201. π 161; aut ante caesuram: πρωτοπαγεῖς Ε 194³. πρηνεῖς Λ 179³; ceterum haec forma est in versibus qui ab Aristophane Aristarcho Zenodoto damnantur, a Duentzero Christio in suspicionem vocantur, a Bekkero e textu secluduntur, a Nauckio ut spurii notantur; nam cum antea (v. 160) poëta κείν' ὄχεα commemorasset, hoc loco ex curriculis viros cadere male addidit; contra in Patroclea (Π 379) versus et suum locum habent et soluta occurrit forma πρηνέες. Verum πολεῖς Λ 708 (αὐτοί τε πολεῖς καὶ μώνυχες ἵπποι) facile vitatur, si τε superfluam particulam omittas exemplo versus Γ 301 (αὐτῶν καὶ τεκέων). Denique ζαχρηεῖς Μ 347. 360. Ν 684 et ζαχρειῶν Ε 525 cum a verbo χράω (proprie χράFω), ἐπέχραον, profectum esset, olim ζαχρᾰής fuisse verisimile est: igitur in ζαχρᾰFέες ζαχᾰFέων cum Christio dissolvere non dubitabimus*). Ceterum quanta cura contracta poëta vitaverit, egregrium exemplum est ἀπκεθέες (ξ 255), quae scriptura in Augustano et Harleiano (1. m.?) et codd.

*) νηλιτεῖς forma corrupta π 317 a Bekkero eiecta est (νηλείτιδες).

L M tradita, ab Eustathio 1762, 52 sic protegitur: τὸ ἀσκεθέες συστολὴν ἔπαθε τοῦ τῆς προπαραληγούσης η εἰς ε ὁμοίως τῷ ξηρὸν ξερόν (ε 402). Etenim ἀσκεθής ceteris locis extat. Male igitur Wolfius quique eum secuti sunt synizesin ἀσκηθέες commendaverunt.

Neutra pluralis (nom. et accus.) a La Rocheo iam congesta (Hom. Unters. p. 146 sq.) hoc loco iterum perscribenda mihi sunt; in exitu formae non mutandae

εα

τεύχεα H 207 (solus A τεύχη); X 322 (-εα Vrat. b.); ω 534 (τεύχη solus D).

ἄλγεα Ω 7 (ACDE); ante caesuram hae leguntur:

τεμένεα λ 183[3] (Aristarchus teste schol. H, τεμένη libri).

στήθεα Λ 282[3] in versu non uno nomine suspecto

ἄφρεον δὲ στήθεα, ῥαίνοντο δὲ νέρθε κονίῃ·

Christius dum proponit «στήθεα δ' ἀφρεέτην», utramque aufert synizesin.

Restant βέλεα O 444; hoc loco singularem βέλος iure reponas, cum non πρῶτον μὲν (βέλος) insequatur, sed καὶ ῥ' ἔβαλεν. Dein Δ 113 «πρόσθεν δὲ σάκεα σχέθον ἐσθλοὶ ἑταῖροι» libri; ego conieci: «πρὸ δέ Fοι σάκεα»; confer inprimis E 300: «πρόσθε δέ Fοι δόρυ τ' ἔσχε».

His accedunt novae aliquot synizeses, quae veteribus ignotae nostra demum aetate sunt detectae: etenim libri hunc in modum tradidere stabilem illum versum

καί μιν φωνήσασ' ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·

(O 35. 89. 145. β 269. ε 117. η 236. ϑ 442. 460. ν 290. φ 34), cui addendi duo similes

X 81: καί μιν δάκρυ χέουσ' ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·

B 328: ὣς ἡμεῖς τοσσαῦτ' ἔτεα πτολεμίξομεν αὖθι·

verum postquam in nominibus ἔπεα et ἔτεα digamma emicuit, nostrates editores Fέπεα et Fέτεα conflare maluerunt quam ut spirantem delitescere statuerent. Recte illi quidem, etsi in ἔπος aliis duobus locis (E 683. H 108) evanuisse digamma

exploratum est: sed novam difficultatem neque eam minorem ab iisdem illatam esse quis infitias ibit? Ego cum talibus in rebus dimidio facti acquiescere nolim, Christii exemplum secutus, qui versibus illis coniecturando «καί μιν ἀμειβομένη Fέπεα» et «τοσάδε Fέτεα» medelam admovit, in prioribus tunc a traditis verbis non ita recedere mihi videor, si hunc in modum transposuero:

φωνήσασα δέ μιν Fέπεα πτερόεντα προσηύδα·

δακρυχέFουσα δέ μιν Fέπεα πτερόεντα προσηύδα·

facillime enim fieri poterat, ut digammo oppresso et pronomine μιν correpto prisca haec versuum forma a rhapsodo aliquo ad exemplum versus «καί μιν φωνήσας F. πτ. πρ.» reformaretur. Versus B 328, in quo uno ἔτος digammo caret (v. Knoesium, de dig. Hom. p. 108), pars prior haud scio an fuerit «ὥς ἡμεῖς τόσα μὲν Fέτεα»; nam μὲν particulam expectes et demonstrativum τοσ(σ)οῦτος quod praeter hunc locum bis occurrit (Ι 485. Ψ 476.) vetustiori Iliadi alienum fuisse videtur.

Denique genetivus pluralis horum nominum ita fere vitatur, ut raro in extremis appareat versibus: ἐριθηλέων Ε 90. ἀλσέων κ 350. τευχέων λ 554. εὐεργέων δ 695. χ 319. Quodsi tres formae in prima sede inveniuntur, ex his στηθέων Κ 95[1] ideo in στήθεος mutanda est, quod στῆθος ad corporis partem, στήθεα ad animum referri soleat (v. Γ 221. Ψ 761. 763, Seileri lexicon Hom. s. v.); ceterae duae κερδέων θ 164[1] et δενδρέων τ 520[1] (δένδρων CGM) in Odyssea extant, illa in carmine recentiore, haec in versibus a Kirchhoffio seclusis.

Praeterea quattuor formae graviore synizesi insignes singillatim hic nominandae sunt. Primum χαλκεῶνα θ 273[3] in fabula Veneris et Martis occurrit, in qua novicias formas Ἑρμῆς et Ἥλιος iam notavimus. Dein πελεκέων, τ 578[4]. φ 76[4]. 421[4], inter pauca exempla refero quae propter numeros toleranda sunt; quamquam hoc quoque suspectum reddi posse existimo. Nam Pollux (omom. 10, 146 Bekk.) memorat:

πέλεκυς καὶ καθ' Ὅμηρον πέλεκκος; quo loco etsi Bekkerus variam lectionem non exhibet, tamen Lobeckius (patholog. proll. 320) πέλεκος legit; neque verisimile est Pollucem τὸν πέλεκυν (securim) et τὸ πέλεκκον (manubrium securis, N 612) confudisse. At, inquies, in vocabulo πέλεκυς, quod paraçús in sanscrita lingua audit et ex paraçuas contractum esse fertur, semivocalis (v) aut cum a in vocalem υ coaluit aut consonae κ assimilatum est, ut in πελεκκάω ἡμιπέλεκκα. Huic rei non habeo quod opponam nisi quod vocabula πελέκιον (Hes.), πελεκοειδής una cum κ consona servantur; cf. etiam Τρίκη Δ 202, Τρίκκη Β 729. Igitur tum demum, cum formam πέλεκος iuxta πέλεκυς in usu fuisse certis documentis stabilitum erit, πελέκων pro πελεκέων apud Homerum conicere audebo. Tum καρῆτι Ο 75 e. in vaticinatione Iovis legitur (vv. 63—77), quae ab antiquis et recentibus existimatoribus damnata ob alias quoque formas suspecta habetur. Denique versus ι 283 editur

νέα μέν μοι κατέαξε Ποσειδάων ἐνοσίχθων·

libri A ex em., CDHKLMQ et lemma schol. νῆα praebent, qua re firmatur ingeniosa illa van Gentii coniectura «νῆ' ἀμὴν κατέαξε»*). Ego cum μέν μοι ideo aegre desiderem quod etiam in versu ι 159 (νῆες μέν μοι ἕποντο) suum locum obtinet, olim propositurus eram «νῆά γε μέν μοι ἔϜαξε» (sic M supr. κατ), nunc tamen malim «νηῦν μέν μοι κατέϜαξε». Inveniuntur enim pariter νηός γρηός distracta atque contracta γρηῦ (τ 383. χ 411), γρηῦς (τ 346. ω 389), νηῦς (vicies quinquies): quae cum ita sint, in ore veterum epicorum νηῦν formam fuisse iure concludas, quam Attici ναῦν pronuntiabant. Unde enim νηῦν Apoll. Rhod. I, 1358[1] et Nonnus (Dion. 39, 393[1]) acceperunt?

*) Mnemos. III 277: «Ik vermoed dus, dat in de oudste (voor-euklidische) HSS., die Aristarchus kan gebruikt hebben, geschreven stont: ΝΕϜΑΜΕΝ, and dat hij, zulks verkeerd opvattende, teruggegeven heeft νέα μέν, en, om het metrum in orde te brengen, ons na μέν het pronomen μοί op de koop heeft toegegeven, v. v. 279.» Falso coniecturam Nauckio tribuit Fickius, Odyssee p. 2.

Comparativi in sanscrita lingua plenam suffixi formam jâṁs vel îjâṁs extare constat: unde apud Latinos terminum -ior (iōris pro -iōsis) intereunte n consona ante s oriri, apud Graecos s finali abiecta -ίων (-ίονος) evadere. Quamquam in Graeco quoque sermone fere eadem quae in Latino suffixi ratio fuisse videtur: nam formas compendiosas μείζω, μείζους quo alio modo explicabimus quam ut eas ex μείζ-ο(σ)α, μείζ-ο(σ)ες contractas statuamus et suffixum -ιοσος intercidente nasali ortum? Neque enim termini vulgaris -ιονος consonam ν inter duas vocales intercidisse tibi facile persuadeas. Verum hae compendiosae formae apud Homerum in exitu versuum tantum non omnes occurrunt:

ἀμείνω Γ 11. Δ 400. I 423. ἀρείω K 237. γ 250. ἀρείους Π 557. ι 48. χερείω ξ 176.*)

Medio in versu formam ἀμείνω (η 310. ο 71.) in ἀμείνονα solvi posse iure Nauckius monuit; neque πλείους ω 464 equidem feram, cum πλέονες reponere liceat. Dein in suspicionem vocare possis κακίους et ἀρείους (β 277); sed gnomici hi versus (276/7) a Bekkero primo damnati sunt, quem Friedlaender secutus est, v. ann. phil. suppl. (1857—60) III 468 sq.**) His adiungo synizesin molestissimam in versu σ 247

*) Zenodotus A 80 κρείσσω, 249 γλυκίω, H 114 ἀμείνω legisse videtur non suopte ingenio motus, sed quod in libris suis ν consonam interdum non exaratam invenit; cf. A 86 Κάλχαν, Zen. Κάλχα; Ξ 322 Μίνων, Zen. Μίνω. Hunc errorem Aristarchei bis (N 68. 222) illi crimini verterunt. — Χείρω, Δ 400 in coniectura Christii, ego non accipiam.

**) Acute ut adsolet vir doctissimus de his versibus l. l. observavit primum eos sententiam absolutam efficere, cum nequaquam casu factum esset, ut tot versus ab eadem consona π inciperent, sed hoc memoriae iuvandae causa de industria esset quaesitum; tum Eustathium (447, 27) Hesiodo versus illos tribuisse; quamquam id se non adeo urguere, cum vv. Δ 405. Z 479. O 641 similes essent apud Homerum sententiae. Gravissimum vero interpolationis esse indicium, quod cum nemo non expectaret post vv. 271—275 sententiam sequi 'fortes enim non creantur nisi fortibus et bonis', re vera plane contraria insequeretur

πλέονές κε μνηστῆρες ἐν ὑμετέροισι δόμοισι,

ubi variant libri: πλείονές AE, πλειόνές C, πλειόνες K, πλείονες S. Nauckius transposuit «μνηστῆρες πλέονές κεν»; promptiorem equidem Payne-Knightii emendationem habeo in quam ipse incideram: «πλείονες ἂν μνηστῆρες». Quid enim? πλείονες hoc loco optimorum librorum consensu probatur, et si minus hanc formam, attamen πλείονα πλείοσι alibi saepe invenias. Permutantur autem κὲν et ἂν particulae — nam hoc quoque poscor — novies in Odyssea: δ 223 κεν (ἄν DEH 2. m. LM), ζ 285 κ' (ἂν ER), ϑ 216 (ἄν E), ξ 126 κ' (ἂν E), π 391 κ' (ἂν AENR), σ 183 (ἄν CKR), φ 161 (ἄν A), χ 377 ἂν (κ' KPS), ψ 187 (ἂν ADEFGKLMPQR). Contulit hos locos diligentia La Rochei in indice editionis Odysseae*).

Iam de tertii ordinis adiectivis in -εις exeuntibus plura mihi referenda erunt propterea quod ex eorum genere anomala quaedam in Homeri carminibus offendunt. Exitui graeco -εις respondere constat sanscritum -vant, latinum *-ventjos *-ontjos -onsus -osus (v. Pott, Etym. Forsch. II² 109): apud graecos igitur proprie -Fεντ fuisse hoc suffixum in propatulo est. Vis autem eius apud Indos Graecos Latinos plane est eadem: copiam vel plenitudinem significat. Et apud Homerum quidem ingens numerus talium adiectivorum, quorum magnam partem non e communi hominum sermone poëtam hausisse sed ipsum prout ingenium ars occasio invitaret finxisse pluribus e causis intellegas**): primum quod multa eorum qualitates rerum vel personarum indicant, quas neglegit volgus, poëta curat; tum quod nonnulla semel vel bis, utpote ad tempus facta, occurrunt; denique quod non omnes

'pauci enim filii aequant genitorum virtutes'. His addo insolitam medio in versu contractionem, quae ut ab Homero aliena ita Hesiodi propria fuit, cf. op. 272: ἔμμεναι, εἰ μείζω γε δίκην ἀδικώτερος ἕξει.

*) Fickius dum l. l. «πλῆές κε μνάστηρες» scripsit, hanc formam mediam inter πλεί-ονες et πλέ-ες (Λ 395), ni fallor, statuere voluit.

**) cf. Schuster, Zeitschrift f. die östr. Gymn. 1859, p. 18.

secundum eas quas debebant sermonis leges formantur. Etenim recte atque ordine suffixum -εις thematis vocali additur, ut in λαχνή-εις, ἱμερό-εις, ἀστερό-εις; sed ad eo quod est σκιά κότος θύον γοῖον τρόφις (?) liberius descendunt σκιόεις κοτήεις θυήεις ἀμφι-γυήεις τροφόεις, nisi forte in his alia supponere themata mavis. Etiam αἰπήεις,*) quod Leskien (Curt. Stud. II 99) iure non ab αἰπύς, sed ab neutro *αἶπος derivat, et δενδρήεις, quod ad neutrum δένδρος**) revocandum est, recte ficta quidem specie tamen fallunt: etenim genuinae formae fuerunt αἰπέ(σ)Fεις et δενδρέ(σ)Fεις, unde productione suppletoria recte orta sunt αἰπήεις δενδρήεις; eodem modo etiam ab ἁλιμυρής ὑψιπέτης†) *ἁλιμυρέ(σ)Fεις ἁλιμυρήεις *ὑψιπετέ(σ)-Fεις ὑψιπετήεις derivantur; quidni etiam ex neutro quodam *μέσος oriri poterat μεσήεις?††)

Haec postquam de vi atque origine huius adiectivorum generis praemisimus, iam illud non possumus non mirari quod suffixum -εις cum vocali thematis, a qua digammo olim discretum erat, in unam syllabam coactum iam in Homeri

*) Hanc vocem Nauckius (Mél. Gr.-Rs. IV, 124) haud scio an nimis sollicitaverit: nam si apud posteros scriptores (Apoll. Rhod. 2, 723, Anthol. Pal. 7, 273. Qu. Smyrn. 1, 304. 11, 333) legitur, ideo Homero non abroganda est.

**) Dativus δένδρει Γ 152 a Zenodoto et Diogene Laërtio (III,2) legebatur, pluralis δένδρεσι in attica dialecto servatur. — Fickius δενδρεέσσα scripsit: utrum stirpem *δενδρεες- (cf. ἐπέεσ-σι)supposuerit an aliud quicquam, explorare non potui.

†) Philemo p. 178 perperam eos laudat qui ὑψιπέτης circumflectant (ὑψιπετῆς), cum contractum esse velint ἐκ τοῦ ὑψιπετήεις, ὡς τιμήεις τιμῆς, v. La Roche Hom. Untersuch. p. 221.

††) Nam Goebel in commentariolo 'de epithetis Homericis in -εις desinentibus' (Vindob. 1858, p. 42) vehementer hanc vocem uno loco M 269 usurpatam adortus est, quod -εις suffixum ad ordinem ('rang') nunquam referretur: sed ordo inest in stirpe 'μεσ', suffixum vero vim amplificandi paene totam exuit, ut adiectiva φαιδιμόεις φοινήεις a φαίδιμος (δα-)φοινός haud multum discrepare videmus. Et μεσηγύς adverbium, quod idem substituit, quomodo in μεσήεις corruptum sit, vix cuiquam cogitari potest.

carminibus aliquotiens invenitur*). Et ubi variae feruntur lectiones, facilis disceptatio est. Sic quod Strabo (IX 432) fuisse refert qui B 682 Ἀλιοῦνθ' loco urbis Ἀλόπης ponerent idemque (IX 394) Megarenses versum post B 556 inseruisse testatur, in quo Ἀγειροὐσσης memoratur: talia eodem ex fonte repetenda sunt, unde atticus ille πολυθρύλητος versus B 558; simul Pisistratei redactores a crimine liberantur tamquam soli Homeri verba interpolaverint. Adulterinas autem has esse voces inde concludas quod aliae urbes, ut Ὀπόεις (B 531. Σ 326. Ψ 85), Γονόεσσα (B 573), Θρυόεσσα (Λ 711), vel fluvii, ut Σατνιόεις, non habent contractas formas.**)

Verum quinque extant exempla contractionis quorum de traditione primum referam, dein singula uberius tractabo.

τιμῇς I 605[3]; τιμῆς ACDGHS. Aristarchus et Chaeris τιμῆς genetivum esse sibi perperam persuaserunt. La Rocheus (Hom. Unters. 221) τιμῆς (i. e. τιμήεις) sine iota scripsit, quod ex *τιμή-εντς non τιμή-εις contractum esset. At cum illa contractio fiebat, *τιμή-εντς forma dudum e memoria hominum exciderat Homeri aequalium, nedum posteriorum.

τιμῆντα, Σ 475[3]; τιμήεντα unus H (Vind. 117), liber vitiis scatens.

λωτεῦντα, M 283[3], ACDEGHLS Syr. Apoll. Lex. 109, 21. Pseudopl. 106, 40. «Ἀρίσταρχος διὰ τοῦ ō λωτοῦντα,» Didymus. «οὕτως αἱ Ἀριστάρχου καὶ ἡ Μασσαλιωτική (?)» schol. V.; «ἡ Μασσαλιωτικὴ ἔκδοσις λέγει λωτοῦντα» schol. L. (?)

χαιρουσσέων, η 107[2]: Arist., scholl. BHMPT Vindd., lexica (Et. Gud., Magn., Apoll. Soph.) χαιροσέων lectionem exhibent, Hesych. χαιροσσέων. Intellexit primus Bergkius (Phil. XVI 578) veterem scripturam KAIPOCEON in

*) Pindari aetate non offendit synizesis seu contractio φωνᾶντα O. 2, 85. ἀλκᾶντα 9, 72. ἀργᾶντα 13, 66. αἰγλᾶντα P. 2, 10. ποιᾶντα N. 5, 54.

**) lectio αἴθουσσα pro αἴθουσα (partic. praes. fem.) ab etymologis nostrae aetatis dudum damnata est.

καιρουσσέων transferendam esse.*) Infeliciter Goebel coniecit «καὶ ῥοδέων», quod refellere La Rocheus iure supervacaneum existimat.

τεχνῆσσαι, η 110[2]: τεχνῆσαι AC, D ex. corr., EFHIKMPQRSV. τεχνίτιδες gl. in DM. γρ. τεχνῆσσαι D. γρ. καὶ τεχνήεσθαι M. τέχνην ποιῆσαι gl. in C. «τεχνῆσσαι cum D 1. m. L. Bekkerus suo iure restituit» La Rocheus; cf. Arcad. p. 95, 6: «τεχνῆσσα ἀπὸ τοῦ τεχνήεσσα.»

Et prima quidem forma τιμῆς I 605[3] in versibus legitur qui Phoenicis orationi finem faciunt:

εἰ δέ κ' ἄτερ δώρων πόλεμον φθισήνορα δύῃς,
οὐκέθ' ὁμῶς τιμῆς ἔσεαι, πόλεμόν περ ἀλαλκών.

Sunt qui ob eam rem, quod πρεσβεία inter novissimas Iliadis partes numeratur, hanc formam excusatam esse malint: sed neque ulla alia synizesis vel contractio tam dura tota in oratione occurrit et λαχνήεντι (v. 548) diducta legitur. Emendando igitur opus esse Nauckius cum bene intellexisset, duas correctiones proposuit Mél. Gr.-Rs. IV 501:

«οὐκέτι τιμήεις ἔσεαι» vel «οὐκέθ' ὁμῶς τιμῆς τεύξῃ»;

certum tamen quicquam afferre se posse negat et in editione sua tantum οὐκέθ' ὁμῶς verba suspecta esse adnotavit. Posteriorem Nauckii coniecturam ideo accipere vereor, quod «τεύξῃ» novam affert difficultatem: nam secundas medii personas ita fere positas invenias, ut in locum exitus contracti -ῃ elisum -ε' substituere possis; sed haec infra fusius enarrabimus. Priorem autem emendationem, quae mihi ipsi antea in mentem venit, sic defendebam: τιμή cum apud Homerum et honos sit quo quis afficitur et poena quam quis luit, consequens est, ut τιμήεις modo eum qui honoribus afficitur modo qui poenarum i. e. munerum (ἀποίνων) dives est, significare

*) Exemplo μεταγραμματισμοῦ usus est Bergkius admodum idoneo, nempe titulo Milesio (Roehl I. G. A. 488 = Cauer[2] 486) in quo Τειχιοσης i. e. Τειχιούσσης exaratum est.

possit: haec significatio etsi alio loco quoad meminerim non extat, huic tamen versui apposita est; namque ut de Meleagro simpliciter dictum erat v. 598 «τῷ δ' οὐκέτι δῶρα τέλεσσαν» sic de Achille dici poterat «οὐκέτι τιμήεις ἔσεαι». Sed altera ex parte ὁμῶς illud suum iure locum tenere dicas: 'non parem honorem adepturum esse Achillem Phoenix monet, si ut Meleager sero auxilium ferat: tunc enim immortali quidem honore dignatum iri, quem ipsa mors auferre ei nequeat, attamen muneribus oblatis non iam esse fruiturum; nunc vero tempore eum auxilio venturum et munera et honorem esse accepturum'. Quae cum ita sint aliam emendandi viam ingredi satius duxi. Cogitabam enim priscam versus formam fuisse

οὐκέθ' ὁμῶς τιμήσῃ, ἀπὸ πτόλεμόν περ ἀλαλκών;

τιμήσῃ (vel potius τιμήσε') sensu passivo intellegebam, ut h. II 307 (485) τιμήσεσθε. Sed vereor ne tortuosa videatur haec coniectura plerisque. Igitur, ut aperte dicam, in dubiis rebus τὸ πειραστικὸν illud Platonis praeverti soleo, tamdiu novum propositurus propositumque refutaturus, donec ex compluribus rebus probabilibus veri simillimam unam protraham. Nunc vero proficiscendum mihi videtur a versu κ 38

ὢ πόποι, ὡς ὅδε πᾶσι φίλος καὶ τίμιός ἐστιν,

cui versui in libro Ambrosiano additur: γρ. καὶ τιμῆς, ἤτοι τιμήεις. Apparet in Odysseae locum irrepsisse contractam formam eandem: quae nisi quinto in pede foret, haud scio an in textu stabilita esset et τίμιος illud prorsus evanuisset. Hoc igitur vocabulum Iliadis quoque versui reddendum esse suspicor, suo scilicet loco, itaque esse legendum:

τίμιος οὐκέθ' ὁμῶς ἔσεαι, πόλεμόν περ ἀλαλκών.

Causa vero cur τιμῆς traditum extet inde repetenda est, quod τίμιος in epica poësi rarissime, — praeter κ 38 ter in hymnis II 305 (483)[5] et III 528[5]; IV 142[1] et Hes. fr. 80, 7[1] —, saepissime occurrit τιμήεις.

Altera forma τιμῆντα extat in versibus descriptioni scuti Achillei praemissis, Σ 474 sq.:

χαλκὸν δ' ἐν πυρὶ βάλλεν ἀτειρέα κασσίτερόν τε
καὶ χρυσὸν τιμῆντα καὶ ἄργυρον . . .

Coniecit Nauckius «χρυσόν τ' αἰγλήεντα» (Mél. Gr.-Rom. IV, 501), id quod quibusdam audacius videbitur, praesertim cum αἰγλήεις quod sciam non sit Homericum epitheton auri, τιμήεις sit ϑ 393, λ 326, hymn. VI, 9. Me si non meliora, tamen alia proponere iuvat; igitur primum inversionem commendo

«τιμήεντά τĕ χρυσὸν ἰδ' ἄργυρον»;

et atticae correptionis, quam brevis syllaba (τε) insequentibus litteris aspirata et liquida (χρ, χλ) patitur, exempla rarissima in Homero haec congessi:
Ψ 186 δὲ (⏑) χρῖεν. Ω 795 γĕ χρυσείην. ϑ 353 οἴχοιτŏ χρέος (La Roche Hom. Unt. p. 41 non bene οἴχοιτō χρέως postulat). κ 234 μέλῐ χλωρόν. ν 363 ἄγĕ χρήματα. ξ 529 δĕ χλαῖναν; his addo e collectaneis La Rochei (l. l. 41. 10.): ἀμάϑοισιν ἐχρίμψατο hymn. Apoll. II 261 (439); ἅρμασῐ χρυσείοισι hymn. V 431; βρισάρματĕ χρυσεοπήληξ hymn. VIII 1. Sed haec si non sufficient, quaerendum, num asyndeton . . . . κασσίτερόν τε,

⏑ χρυσὸν τιμήεντα καὶ ἄργυρον . . .

restituere liceat. Et in nominibus quidem quae propria audiunt saepenumero haec lex valet, cum complures enumerantur nomina, ut antecedenti versui subsequens ἀσυνδέτως adiungatur: cf. N 791. O 302. 214 (ϑ' unus Suriae palimpsestus) T 311 (τ' unus liber Harleianus); B 498. 501. 502. 560. 561. 647. 739. Σ 41. 45. 48. Hes. Th. 245. 250. 339; at in nominibus appellativis rarissimum hoc asyndeti genus est, ut Ω 261. 262:

ψεῦσταί τ' ὀρχησταί τε, χορεοιτυπίῃσιν ἄριστοι,
⏑ Ϝαρνῶν ἠδ' ἐρίφων ἐπιδήμιοι ἁρπακτῆρες·

Ξ 348: χϑὼν δῖα φύεν νεοϑηλέα ποίην,
⏑ λωτὸν ἐϜερσήεντα ἰδὲ κρόκον ἠδ' ὑάκινϑον; hoc versu τ' post λωτὸν omisit solus Apollonius Soph.; hanc

litteram ut ἐϝερσήεις restitueret (cf. v. 351 ἐϝέρσαι), iure eiciendam esse censuit Christius, Interpolat. b. Hom. p. 25 adnot.

δ 221: νηπενθές τ' ἄχολόν τε, κακῶν ἐπίληθες ἁπάντων.
Cf. Aesch. Prom. 502: χαλκὸν σίδηρον ἄργυρον χρυσόν τε.*)

Neque silentio praetermittendum videtur, quod Goebelius in libello 'de epithetis Hom. in -εις desinentibus' p. 41 ita has formas removere tentavit, ut adiectivum τιμής vel τίμης genet. τιμῆτος fingeret: quod in litterarum monumentis inauditum similibus formis ἀργής ἀβλής ἐπιβλής προβλής ἀδμής νεοδμής ἀκμής πένης κούρητες fulcire ausus est. E quibus ἀργής tantum et κούρητες huc pertinent, cum cetera a verbis deriventur; sed haec quoque ab adiectivis ἀργός κοῦρος; nec si τιμής fuisse statuemus, ideo contractionem effugiemus: etenim proprie τιμᾱ-ής sit necesse est.

Iam vero forma λωτεῦντα in versu M 283 legitur

καὶ πεδία λωτεῦντα καὶ ἀνδρῶν πίονα ϝέργα·

hoc utrum adiectivum λωτόεντα an participium λωτέοντα sit, inquirendum est. Illud quidem veri dissimile poëtam adiectivo usum esse versui minime apto, cum voces amphimacri numeri, ut λωτόεις, dactylis inseri nequirent. Quamquam Aristarchus quum λωτοῦντα scriberet pro adiectivo habuit vocem ex λωτόεντα κατὰ κρᾶσιν ortam, cf. A. Ludwich, Hom. Textkritik I 343, Lobeck. pathol. serm. gr. I 113. Sed editio Massiliensis quae λωτεῦντα exhibuit**), hoc participium verbi λωτεῖν habuisse videtur. Et fuisse verbum λωτεῖν ex Hesychio discimus: nam glossas «λωτεῦντα· ἀνθοῦντα ἢ λωτὸν ἔχοντα. λωτά· ἄνθη. λωτός· καὶ πόαν, κυρίως δὲ τὸ ἐν ταῖς λιβάσι φυόμενον, καὶ πᾶν ἄνθος» ex hoc uno Iliadis loco sumptas esse nemo comprobabit, nedum ex Aristarcheorum commentariis: etenim λωτοῦντα

*) Iam propositam hanc coniecturam in editione Payne-Knightii inveni, qui in comprobanda ea haec adnotare satis habuit: «copulae ellipsis eiusmodi haud infrequens est, vide B 498. 560. 647, etc.»

**) hoc enim Eust. 905, 16 contra scholl. L. V. testatur.

et ipse scriberet paene necesse erat. Sed idem alterum habet exemplum, quod ni fallor e poëta heroico haustum, in glossa graviter quidem corrupta sed a Mauricio Schmidtio (III 60) bene restituta editur: «λωτεῦσι δὲ πάχνῃ (πάχναι Schm.)· ἀνθεῖ (ἄνθη ego corrigam) ποιοῦσιν αἰσχρότητες (ψυχρότητες Schm., αἱ ψυχρότητες ego)»*) Ceterum cum λωτός, ut videtur, in Asiae minoris regionibus, praesertim in Ionia, idem quod ἄνθος significaverit, non est quod miremur, si ab hoc nomine verbum derivatum est: ab eodem enim ortum λωτίζειν· ἀπανθίζεσθαι, ἀπολλύειν (λώτισμα· οἱ πρῶτοι καὶ ἐπίλεκτοι.) Hesych. Igitur si participium λωτεῦντα esse statuemus, malim quod in medio versu est synizesin λωτέοντα: sic ἀτέοντα (corr. ἀατέοντα) Υ 332[5] et ἀελπτέοντες Η 310[4] libri: in fine vero diphthongos habent participia φιλεῦντες γ 221. οἰνοχοεῦντες γ 472. καλεῦντες κ 229. 255. μ 249. Goebelius autem (l. l. p. 35) verbum λωτοῦν i. e. 'λωτὸν procreare sibi finxit, exemplo verborum τεκνόω καρπόω: ego verbum quod Hesychius servavit inaudito et ficto praefero.

Denique de formis καιρουσσέων et τεχνῆσσαι (η 107. 110) a Bergkio Bekkero restitutis sufficiat monere quod iuxta positae in vv. η 103—131 inveniuntur, quibus domus hortique Alcinoi strophice describuntur: hos recentioris originis esse Friedlaender (phil. VI 669 sq.) comprobavit, secuti sunt Nauckius**) Bergkius alii; offendit enim quam maxime

*) Miror quod doctissimus Lobeckius (Path. elem. I 518) verbum λωτέω incognitum esse autumat; affert idem Choerobosci (395, 22) ridiculam de λωτεῦντα halucinationem: «τὰ πεδία λωτεῦντα καθ᾽ ὑπερβιβασμὸν ἀπὸ τοῦ λωτόεντα λωτέοντα καὶ κατὰ κρᾶσιν δωρικὴν ἢ αἰολικὴν λωτεῦντα ὥσπερ Ἐρέβευς· ἐὰν γὰρ ἀπὸ τοῦ λωτόεντα εἴπωμεν αὐτὸ, λωτοῦντα εἶχεν εἶναι.

**) Igitur hic cum sibi illud persuasisset, ab omni coniectura vel emendatione in his duobus vocabulis sese abstinuit. Idem fecisse Christium eaque in catalogo 'nominum contractorum, quae neque tam facile emendando tolli possint et pleraque in Odyssea extent' (p. 173 sq.) enumerasse iterum moneo, ut quam cauti et circumspecti critici illi in emendandis poëtae verbis fuerint, et alii et A. Ludwichius intellegere

aciem criticorum quod subito praesenti tempore utitur poëta.*)

Pauca addam de adiectivis quae in -ώεις exire videntur. Κητώεις, B 581. δ 1, et Georgius Curtius (Gr. Etym.[5] 145) et Ernestus frater eius (Peloponn. II 308), cum ad Laconicae fauces (καίατα) referrent, in καιετάεσσαν mutavere, testibus usi Zenodoto (δ 1) Strabone (VIII 367), Eustathio, schol. D. Tum in vocabulo εὐρώεις Υ 65, Doederlinius (Hom. Gloss. n. 7), Ahrensius (Phil. VI 7), inprimis Nauckius (Mél. Gr.-Rs. IV 105 sq.) ἠερόεις subesse intellexere, id quod mihi perquam arridet, quod et Tartarus Θ 13 ἠερόεις vocatur et pariter ad Orcum spectant οἰκία εὐρώεντα Υ 65. Simili ratione dum Nauckius (Mél. Gr.-Rs. IV 499) cum Heyneo ὠτώεις Ψ 264. 513 in οὐατόεις, quod apud Simonidem (fr. 246 B[4]), Antimachum (fr. 103 Stoll), alios extat, iure distraxit, simul contractas tres formas οὖς Λ 109. Υ 473. ὠσί μ 200 eliminavit. Ex his coniecturis eas, quas in versibus Υ 473 et μ 200 fecit, inter perfectas refero; quam Λ 109 obtulit, hac forma probo

---

discat. Is enim insolentius quam iustius eos increpat, quasi emendare conentur quae attingere nefas sit aut, quae recentioris originis aperta sint indicia, ea consulto oblitterent, (Aristarchs Hom. Textkrit. II, 229: «Keiner von den neueren Vertretern der Analogie glaubt an den éinen Homer . . . .; alle nehmen an, dass die Ilias wie die Odyssee aus einer Reihe ungleichartiger älterer und jüngerer Bestandtheile zusammengesetzt und durch stümperhafte Füllstücke verbunden sei: und dennoch erstreben sie für die Gesammtheit dieser heterogenen Bestandtheile einen so hohen Grad äusserer Conformität, als hätten sie es ausschliesslich mit einem Dichter zu thun . . .»

*) Friedlaenderi observationes de his versibus fere hae sunt: tres in partes dividi descriptionem (103—111 = 5 + 4 vv.; 112—121 = 5 + 5 vv; 122—130 = 5 + 4 vv. recte enim vv. 131 et 132, in quibus imperfecta inopinata redeunt, damnat); praeter praesentia offendere pronomen οἱ in v. 122 aeque ac v. 103 cum non sit quo referatur; quodsi v. 114 imperfectum πεφύκει tradatur genuinam lectionem πεφύκασι (cf. λ 30 l) ab Herodiano servatam esse; interpolatos videri versus etiam eam ob causam quod nullus Odysseae locus ad eos spectet; denique magnam apparere copiam ἅπαξ εἰρημένων et insolitam contractionem ἱστὸν τεχνῆσαι.

«Ἄντιφον αὖτ' οὖας ξίφει ἤλασε»

nam ξίφει ἤλασε, non ἔλασε ξίφει, positum invenias E 584. Υ 475.*) — Denique κηώεις sive cum Autenriethio (ad Γ 382) a nomine supposito *κῆϜος = κύτος (cavus) sive cum Doederlinio a κηός (vas) derivamus, quomodo κηώεις fiat et non *κηέ(σ)Ϝεις κηῆεις seu κηόεις, ego non intellego; quamobrem si fictum nomen supponendum erit, potius *κηώς supponam (*κηό(σ)-Ϝεις, κηώ-εις). Paucis memoranda sunt adiectiva in -ώδης exeuntia, non dico composita, quorum pars altera -ώδης (ὄδωδα) est, ut εὐώδης κηώδης, sed ea quae ex -οϜειδής (-ο-Ϝιδής) vulgo contracta habentur. Cui opinioni et leges contractionis et accentum obstare iure R. Kuehnerus monuit in grammatica graec. lingu.² 170 adnot.**) Inveniuntur autem apud Homerum duo: λυσσώδης Hectoris epitheton, N 53, idem sonare videtur quod λυσσητήρ Θ 299; et Λειώδης nomen Oenopis filii, vatis et extispicis χ 310. φ 144. 168, quod in Etym. M. «ἀπὸ τοῦ λεῖον· λεῖος γὰρ ἦν» derivatur. Utrumque solvere per versum licet, illud in λυσσοϜιδής hoc in Λειοΐδης (patronymicon?): nec tamen cum dubia sit origo, equidem facere ausim***). — Haec hactenus de nominibus.

V.

De pronominum formis Homericis.

Pronominum personalium formas et usum Homericum peculiari commentario tractavit P. Cauer, qui continetur in Curt. Stud., vol. VII, p. 101—160. Et de digammo quidem eorum, de enclisi et orthotonesi, de τοι particulae

*) Payne-Knightius «παρ' ὄϜας» coniecit: sed Ebel (K. Z. XIII 457) negat fuisse olim nominativum ὄϜας, cum οὖς tantummodo ex ὄϜος contrahi possit; igitur παρ' ὄϜος Λ 109 legendum esse.

**) Dubitat etiam Lobeckius, Path. elem. I 458 sq.

***) Fickius (Odyssee p. 17) ΛΕΟΔΕϹ (Ληώδης) ex ΛαοϜάδης contractum censet, ut mihi videtur, magna cum probabilitate.

origine, aliis de rebus observavit: contractarum formarum catalogum numeris absolutum praebere acquievit. Quod igitur quaerere praetermisit, utrum necessariae sint contractae formae necne, quomodo possint vitari, si opus sit, emendari, materiem scilicet spinosissimam, aggredi iam conabor orsus a genetivi sing. formis.

Singularis genetivos huius pronominum generis in vetustiore Iade ita constat formari ut aut ϑεν aut σjο suffixum stirpi pronominali addatur. Unde hae sunt formae et mutationes pronominum Homericorum, adiecta per numeros frequentia:

ἐμέϑεν 18.	σέϑεν 26.	Fέϑεν 18.
(*ἐμεσjο)	(*τFεσjο)	(*σFεσjο)
ἐμεῖο 51.	σεῖο 28.	Fεῖο 2 (Δ 400. χ 19.)
ἐμέο 1 (K 124).	σέο 23.	Fέο 13.
ἐμεῦ 26. μεῦ 63.	σεῦ 35.	Fεῦ 7.

Illud quidem haud scio an nemo sibi persuadeat, Homeri aetate omnes has formas pariter in ore hominum viguisse, poëtamve prout versus postularet aut primam aut mediam aut postremam formam sibi elegisse; immo genetivos qui in -ϑεν et -εῖο exeunt antiquitus in usu fuisse et e vetustiore graecitate ab Homero assumptos esse admodum probabile est; at utrum formas ἐμέο et ἐμεῦ (μεῦ), σέο et σεῦ, Fέο et Fεῦ iuxta positas in eodem auctore patiamur necne, hoc a recentioris Iadis usu pendere videtur. Et in hac quoque, scilicet sermone Herodoteo, si codices quaeras, et contractas et solutas formas pariter extantes invenias (v. Bredow. dial. Herod. p. 281)*). Sed quod apud Herodotum non mirabimur, idem non tam facile sermoni Homerico concedemus, nisi forte quis

*) Quamquam codicibus Herodoteis nulla fere fides a plerisque tribuitur. Sed e similitudine genetivorum nominum in -ης, quos usque ad medium saeculum quartum non contrahi in titulis supra monui, idem concludas de pronominibus, quamquam formas eorum inscriptiones non exhibent.

dicet inter Homeri et Herodoti aetatem non ita multos annos interfluxisse. Itaque ut Herodoti tempore cum in sermone vulgari contractio oreretur, soluta et contracta vocabula aequiparari posse dicemus, ita apud Homerum formas contractas suspectas esse iure iudicabimus. Hae quomodo vitari possint, quaerere operae pretium est, non audaciae neque temeritatis. Iam singula quaeque scrutemur.

Pronominis primae personae ἐμεῦ contractio necessaria est, cum sub ictum syllaba contracta veniat novem his locis A 88[2]. 453[3]. E 896[2]. I 335[4]. Π 497[4]. X 454[4]. Ω 429[4]. δ 746[4]. τ 325[2]. Si quis dicat tribrachyn ἐμέο poëtae parum dactylis idoneam esse visam ideoque eum licentiam contrahendi sibi arrogasse, illud moneo quod aut ἐμέο positione anapaestus fieri poterat aut formae ἐμέθεν ἐμεῖο praesto erant. Iam si in versibus A 88—90 formam sermonis examinabimus

οὔ τις ἐμεῦ ζῶντος καὶ ἐπὶ χθονὶ δερκομένοιο
σοὶ κοΐλῃς παρὰ νηυσὶ βαρείας χεῖρας ἐποίσει
συμπάντων Δαναῶν, οὐδ' ἢν Ἀγαμέμνονα Fείπῃς,

non sanam esse eam sentiemus: offendit enim praeter insolitum verbum ζῶντος, de quo infra disputabimus, illud quoque quod τὶς aliquanto longius a genetivo suo abest; adde quod decurtata dativi forma κοΐλῃς in carmine vetustissimo admodum est suspecta. Neque «κοΐλῃ παρὰ νηΐ» vel «κοΐλῃσ' ἐπὶ νηυσί» quae apud Nauckium proponuntur satisfaciunt*). Quid igitur? priorem versum recte traditum esse nego. Etenim si spectes versum π 439, quem illum imitari constat

ζώοντός γ' ἐμέθεν καὶ ἐπὶ χθονὶ δερκομένοιο,

potius inverso ordine Odysseae versum exemplar Iliadis fuisse statuas. Quamobrem priscam formam versuum A 88 sq. fuisse iudico aut:

οὐκ ἐμέθεν ζῶντος καὶ ἐπὶ χθονὶ δερκομένοιο

*) Disseruit enim Nauckius summa cum diligentia de dativis decurtatis Bullet. XXV, 1879, p. 409 sq. = Mél. Gr.-Rom. IV, 407 sq.

σοί ποτέ τις παρὰ νηυσὶ*) βαρείας χεῖρας ἐποίσει
συμπάντων Δαναῶν·

aut: ζώοντός γ' ἐμέθεν . . . . οὔ σοί τις παρὰ νηυσὶ κτλ.
Dein A 453 traditur

ἠμὲν δή ποτ' ἐμεῦ πάρος ἔκλυες εὐξαμένοιο·

Simplicissima est mutatio «ἐμεῖο πάρος κλύες»; κλύον enim sine augmento saepissime occurrit; quod si spernas e versu Π 236 «ἐμὸν Fέπος» reponas. Tum E 896:

ἐκ γὰρ ἐμεῦ γένος ἐσσί, ἐμοὶ δέ σε γείνατο μήτηρ·

hic nisi asyndeton «ἐξ ἐμέθεν», ut A 117. Γ 250, restituas, tibi «ἐκ δ' ἐμέθεν» commendabo; particula δὲ vicem coniunctionis γὰρ tenet A 259. 520. H 48. I 496. Ξ 239 (v. Naegelsbachii commentarium ad B 26).

I 335: τοῖσι μὲν ἔμπεδα κεῖται, ἐμεῦ δ' ἀπὸ μούνου 'Αχαιῶν | εἷλετ'. ἐμοί et μούνῳ legi licet exemplo A 161: καὶ δή μοι γέρας αὐτὸς ἀφαιρήσεσθαι ἀπειλεῖς· aut «κεῖτ', ἐμέθεν» legendum erit; de κεῖτ' = κεῖται v. N 414. ρ 306. 532.

Π 497: αὐτὰρ ἔπειτα καὶ αὐτὸς ἐμεῦ περιμάρναο χαλκῷ; cogitabam «ἐμέ περιμάρναο», cum περιμάρνασθαι ut περιέχειν (ι 199) tutandi vim habeat et accusativum regere possit**); nunc tamen malo «αὐτὰρ ἔπειτ' αὐτὸς ἐμέθεν; v. A 51 (αὐτὰρ ἔπειτ' αὐτοῖσι); de ŏς producto in caesura cf. Hartel, Hom. Stud. I 103. 116.

X 454: αἲ γὰρ ἀπ' οὔατος εἴη ἐμεῦ Fέπος; at Σ 272 legitur αἲ γὰρ δή μ ο ι ἀπ' οὔατος ὧδε γένοιτο, et similiter ἀπὸ θυμοῦ εἶναι dativo A 562 iungitur; igitur ἐμοί praefero.

Ω 429: ἀλλ' ἄγε δὴ τόδε δέξαι (δέξο Lips.) ἐμεῦ πάρα καλὸν ἄλεισον; «δέξ' ἐμέθεν» legi licet, nam ut δέξο T 10 ita λέξο Ω 650 imperativus extat.

δ 746: ἐμεῦ δ' ἕλετο μέγαν ὅρκον; sed cum X 119 dativum

---

*) de παρὰ νηυσὶ cf. e. g. Σ 104.

**) de με(-) v. λ 530 (δὲ A 378. O 478), Beljajew, hom. Fragen 1875 p. 61. Osc. Meyer, quaestt. hom. p. 130.

invenerim: Τρωσὶν .... ὅρκον ἕλωμαι, hoc quoque loco ἐμοί commendare non vereor.

τ 325: πῶς γὰρ ἐμεῦ σύ, ξεῖνε, δαήσεαι; at σύ omittunt libri CKS; igitur «ἐμεῖο» in locum ἐμεῦ σύ succedere posse contendo.*)

Iam quae restant exempla pronominis ἐμεῦ, cum vocalis subsequatur, in ἐμεῖ' aut ἐμέ' mutari possunt, quod quo iure fiat, infra explicabo. Inde elisiones admittendae: ἐμεῖ' pro ἐμεῦ: A 541^4. I 426^4. T 62^4. 273^2. Υ 349^4. Φ 398^2. Ψ 789^3. (ἐμεῖ' libri). ϑ 462^2. (ἐμεῖ' ll.). ρ 43^2. σ 268^4. ἐμέ' pro ἐμεῦ (⏑ ⏑): I 494^1. X 236^2. α 313^1. ο 538^1. ρ 165^1. τ 93^4 (an ἐμέο κλύες?). 311^1.

Encliticum μευ necessario contrahitur, quod in ictu est diphthongus: primum in formula frequentissima κέκλυτέ μευ (Γ 86. 304. 456. H 67. 348. [368] Θ 5. 497. T 101. [κ 189]. μ 271. 340. ρ 370. 468. σ 43. 351. υ 292. φ 67. 275). Attamen La Rocheus in libro 'Homerische Studien' p. 162 exempla congessit, quae verba audiendi cum dativo interdum iungi doceant, nempe ἀκούειν Π 516. 531; κλύειν: Ω 335 (καί τ' ἔκλυες, ᾧ κ' ἐθέλῃσθα); δ 767 (θεὰ δέ Fοι ἔκλυεν ἀρῆς); sic κλῦθί μοι E 115 ACD, β 262 ABD. κλῦθί μοι εὐχομένῳ, hom. epigr. 12, 1. κλῦτέ μοι, ζ 239.**) Itaque apparet et poëtae liberum fuisse cum verbis audiendi modo genetivum, qui posterioribus saeculis mansit, coniungere, modo dativum ethicum interiturum illum quidem postmodo sed hanc ob rem Homero non abiudicandum; et nobis licere, ubi genetivus offendat, dativum in eius locum substituendum commendare.

---

*) Σ 100 libri quidem «ἐμεῖο δ' ἔδησε» habent; sed cum ἔδησε ex ἐδέ(F)ησε cum vitio sit contractum, Leo Meyerus (K. Z. XIV 88) proposuit: «ἐμεῦ δ' ἐδέησε»; aliter Duentzerus: «ἐμεῖο δ' ἐδεύετ'»; alii ἔδευσεν (εδεFσε Payne-Knightius); equidem malim «ἐμεῖο δ' ἔδευεν», ortum illud ex ἔδεFεν.

**) His equidem addo «κέκλυτε νῦν μοι» hymn. II, 156, sine varia lect., Baumeister. κλῦθί μοι K 278 CDH schol. Soph. Aias 1 μοι [ευ] A. δ 762 ABFIKMNPSV. κλῦτέ μοι, ο 172, schol. L, A 462.

Praeterea μεο metro poscitur: A 273: καὶ μέν μευ βουλέων ξύνιεν; fort. καί ῥ' ἐμέθεν. T 137: καί μευ φρένας ἐξέλετο; velim καί με cum libro D. — Ψ 70: οὐ μέν μευ ζώοντος ἀκήδεις; fort. οὐ μὲν ζώοντός με' ἀκήδεες. Dein ε 311: καί μευ κλέϜος ἦγον 'Αχαιοί, id quod haud scio an fuerit «καὶ ἐμὸν κλέϜος ἦγον 'Αχαιοί», ut ἐμὸν κλέϜος (Z 446) H 91. τ 128, σὸν κλέϜος ν 415; et ι 20: καί μευ κλέϜος οὐρανὸν ἵκει, quod mutaverim in «καί μοι κλέϜος οὐρανὸν ἵκει», cum τ 108 σοι κλέϜος οὐρ. ἵκει Eustathii lectio sit. κ 485: οἵ μευ φθινύθουσι φίλον κῆρ; sed α 250 φθινύθουσι .... οἶκον ἐμόν; an «οἷ ἐμόν φθ. φ. κ.»? Similiter ο 467: οἵ μευ πατέρ' ἀμφεπένοντο, legi licet οἵ ἐμὸν π. ἀ.*); denique π 92 ἦ μάλα μευ καταδάπτετ' ἀκούοντος φίλον ἦτορ; an «μοι .... ἀκούοντι»?

Contra per versum licet μευ in μεο solvi sexies: I 345: μή μεο πειράτω, N 626: οἵ μεο κουριδίην, ε 170: οἵ μεο φέρτεροί εἰσιν, μ 379: οἵ μεο βοῦς ἔκτειναν, ρ 397: 'Αντίνο', ἦ μεο καλὰ πατὴρ ὣς κήδεαι υἷος (γρ. μὲν), ψ 230: πείθεις | δή μεο | θυμόν, ubi versus μεο commendat.

Ceteris locis μευ ita ante vocalem invenitur positum, ut με' elisa o vocali inferre possis: A 37¹. 451¹. Z 334⁵. H 235¹. I 262². 355⁴, K 278¹. P 29⁵. Φ 150³. Ψ 648¹. β 262¹. δ 370¹. 762¹. ζ 239¹. 324¹. 325². κ 311⁴. (μεο κλύεν?) 400¹. 455¹. 481⁴. ο 172¹. 318⁵. π 259⁵. σ 129⁵. χ 357⁵. ω 265⁵. At ubi cum verbo audiendi iungitur, μοι praetulerim formae με'; sic quoque in formula «κέκλυτε δὴ νῦν μευ, 'Ιθακήσιοι», quae est β 25. 161. 229. ω 443. 454, non μεῖ' scribam sed μοι vel δή νυν ἐμοί.

Secundae personae σεῦ forma necessaria ob numeros est sexies: T 185². Ω 750². 754¹. ν 231⁴. τ 108³. 215². Ex his nullis machinis moventur quae in Hecubae lamentatione extant (Ω 750. 754); immo hoc ipsum novum indicium est, quo θρῆνοι illi, quos praeterea strophice compositos esse

*) in parte Telemachiae; non corrigere igitur satius est.

Leutschius animadvertit (Phil. XII, 33), origine recentissimi coarguuntur. Etiam T 185,

χαίρω σεῦ, Λαερτιάδη, τὸν μῦθον ἀκούσας,

haud scio an eandem habeat excusationem, nisi quis praeferet «χαίρω τοι, Λ., σὸν μ. ἀ.» Sed in versu ν 231: εὔχομαι ὥς τε θεῷ, καί σευ φίλα γούναθ' ἱκάνω, forsan corrigere licebit καὶ νῦν τὰ σὰ γούναθ' ἱκάνω, ut est Σ 457. γ 92. δ 322. Tum τ 108

νεικέοι· ἦ γάρ σευ κλέϜος οὐρανὸν εὐρὺν ἱκάνει

Eustathii variam lectionem σοι iam memoravi. Denique τ 215

νῦν μὲν δή σευ, ξεῖνε, ὀίω πειρήσεσθαι

librorum DL lectionem «σε» commendo, cum πειρᾶσθαι accusativum regere videam bis, M 47. Σ 601.

Versus iubet σευ in σεο solvi ι 405 (ἦ μή | τις σεο | μῆλα), patitur Φ 475 (μή σεο νῦν ἔτι πατρός).

Reliquis locis omnibus aut σεῖ' aut σε' ante vocales insequentes legi licebit: σεῖ': Γ 206[1]. Ζ 409[1]. 411[1]. 454[2]. (v. i.) Λ 841 (v. i.). Σ 77. Χ 432. Ω 371. ο 19. σέ': Β 27[1]. 64[1]. Ε 811[1]. Η 111[3]. Θ 482[5]. Ξ 95[1]. 309[1]. 327[5]. Π 31[2]. 621[5]. Ρ 173[1]. Σ 333[3]. Υ 334[1]. Ω 174[1]. 767[2]. ι 278[1]. ξ 493[3]. τ 489[3].

Tertiae personae pronomen Ϝεῦ (εὗ) necessarium est quater:

I 377: Ϝερρέτω· ἐκ γάρ Ϝεῦ φρένας εἵλετο μητίετα Ζεύς, ubi γὰρ ἕο Lips. ex corr. Vratisl. A.; γάρ οἱ DGH; οἱ et εὗ Eust. Duplex correctio adhiberi potest: aut ἔκ Ϝεο γάρ, aut ἐκ γάρ Ϝοι; nam Z 234 (Γλαύκῳ φρένας ἐξέλετο Ζεύς) et π 218 (οἷσί τε τέκνα | ἀγρόται ἐξείλοντο) dativus personae traditur.

Υ 464: εἴ πως Ϝεῦ πεφίδοιτο; probabile aliquid nondum inveni; vel invertendum erit «εἰ Ϝέο πως», vel «εἴ κε Ϝέθεν» scribendum.

Ω 293. 311: καί Ϝευ κράτος ἐστὶ μέγιστον; priore loco lectio Zenodoti traditur οὗ, quam quidem duplici ratione adhibere poterimus:

φίλτατος οἰωνῶν, ο ὗ τ ε κράτος ἐστὶ μέγιστον, sive φίλτατος οἰωνῶν, κ α ὶ ἕο κράτος ἐστὶ μέγιστον, cf. α 70; pronomen relativum iteratur e. g. E 403. λ 382. π 317. ψ 229. hymn. V, 481.

Solvi licet Fεο in Fεο bis: O 165[2]: ἐπεί Fεο φημί, ubi ἕο CDE, Payne-Knightius; et N 163[4]: ἀσπίδα ταυρείην σχέθ' ἀπό Fεο, δεῖσε δὲ θυμῷ; nam si Ahrensius (Rh. M. II 173) ideo quod δεῖσε proprie δFεῖσε est, «ἀπό Fεο, δFεῖσε« postulavit, neglectum esse digamma in δεινός Θ 133. O 626 moneo. Superant loci duo Ξ 427[3]. T 384[2], ubi elisione Fε' uti Christio quoque placuit:

τῶν δ' ἄλλων οὔ τίς Fε' ἀκήδεσεν,

πειρήθη δέ Fε' αὐτοῦ; ACDE Ar. δ'ἕο; Bekkerus δέ Fεο.

Iam vero illud disceptandum est, quo iure ο vocalis in formis quas proposuimus ἐμεῖ' ἐμέ' σεῖ' σε' Fε' elidatur. Et primum exempla huius elisionis quae quidem in libris servantur congesta sunt magnam partem iam a La Rocheo (append. edit. min. Ψ 789) et Lugebilio (ann. philol. suppl. XII, 211); quae cum a Clarkio, pristino Iliadis editore retenta essent, a recentioribus post God. Hermannum (v. eius Orphica p. 772) scilicet Bekkero La Rocheo Nauckio aut neglecta sunt aut damnata.

ἐ μ ε ῖ', Ψ 789, libri omnes (ἐμοῖ' H.)
θ 462, ACLQ; ἐμεῖο FK Eust. (ἐμοῖ' DI. ἐμοῖο Eust.)

σ ε ῖ' Z 454, CHL post ras. MN. σ ε ῖ' A. σεῖ DS. σεῖο GO. Λ 841, **Zenodotus**: nam pro μεθήσω habuit ἀμελήσω, igitur σεῖ' ἀμελήσω legisse eum Bekkerus conclusit. — hymn. 34, 19 σεῖ' ἐπιληθόμενον.

σ ε' P 173 νῦν δέ σευ ὠνοσάμην πάγχυ φρένας. schol. A: παρὰ Ζηνοδότῳ «νῦν δέ σε» ἔξω τοῦ υ; cf. Ξ 95: Ζηνόδοτος δὲ γράφει «νῦν δέ σε ὠνοσάμην»; τίς σ' L., II 31: τίς σε Cram. Anecd. Ox. III 389, 21. 390, 14; vitiose pro τί σε': Zenodotum quoque σε' habuisse veri simile est: nisi quis

praeter geminum accusativum etiam hiatum insuavissimum ei inculcare malet.

λευκοῖ' Λ 35 in vv.

ἐν δέ Ϝοι ὀμφαλοὶ ἦσαν ἐείκοσι κασσιτέροιο
λευκοί, ἐν δὲ μέσοισι ἔην (ἔεις Nauckius) μέλανος κυάνοιο.

Accedit scholion A. quod magni momenti est: ὀξυτονητέον, ἵνα ἐπὶ τῶν ὀμφαλῶν (sic Lugebil, ὀφθαλμῶν ms., Bekk., Dind.) κέηται· εἰσὶ δὲ οἳ περισπῶσι, ἵνα γενικὴ γένηται, ἐπίθετον τοῦ κασσιτέρου · κακῶς. ἔθος γάρ ἐστι παρὰ τῷ ποιητῇ τὴν θεσσαλικὴν ταύτην καλουμένην γενικὴν εὑρίσκεσθαι, εἰ μὴ μέτρον κωλύοι · εἰ δὲ μέτρον κωλύοι, ἡ κοινὴ (i. e. λευκοῦ) παραλαμβάνεται. παρεκτέταται τὸ κεφάλαιον Ἡρωδιανῷ.*) Nemo non videt hanc legem a grammatico esse inventam, qui cum genetivos aut in -ου aut in -οιο exire vidisset, hiatum illegitimum «λευκοί, ἐν δέ» inducere quam formam genetivi λευκοῖ', quae casu hoc uno loco servata erat, comprobare maluit. At, quod plurimum valet, orationis concinnitas suadet, ut κασσίτερος λευκός (φαεινός Ψ 561) et μέλας κύανος contraria opponantur. Tum μαλακοῖ', ε 72 in versu: ἀμφὶ δὲ λειμῶνες μαλακοὶ ἴου ἠδὲ σελίνου· de quo schol. M. V.: κακῶς τινες περιέσπασαν (μαλακοῖ'), ἵν' ᾖ μαλακοῖο. schol. H: τινὲς δὲ περισπῶσιν, ἵνα ᾖ κατὰ συναλοιφὴν τὸ μαλακοῖο. Equidem, cum vox Ϝίον digammo nusquam careat, ne hoc quidem loco carere velim. Posteriores poëtas elisisse hanc ο ipse concedit La Rocheus qui affert (append. Ψ 789) e Pind. Pyth. 1, 39 Δάλοι' (C 2, Tricl.); 12, 13 Φόρκοι' ἀμαύρωσεν (sic Bergkius Christius cum libris; male antea Boeckhius Hermannus Φόρκοιο μαύρωσεν), Archiloch. fr. 77, 1: Ὡς Διωνύσοι' ἄνακτος καλὸν ἐξάρξαι μέλος· quo loco Διωνύσοι' scripsit Bergkius, Διωνύσου Hermannus, qui iure a Bergkio reprehenditur 'quod elisionem a clausula

*) Herodiani rell. ed. Lentz II 72, 14.

7*

οιο omnino arcet.' Hoc exemplum ideo multum valet quod ab Iadis poëta ab aetate Homerica non ita longe remoto subministratur.

Has igitur formas librorum fide servatas grammaticos Alexandrinos finxisse nemo audebit dicere: immo Zenodotum si quam obsoletam formam unus in editione sua usurpavit, a traditione aliqua eum pendere constat.

Iam vero quod scholion supra perscriptum genetivos in -οιο Thessalici sermonis proprios esse vult*), hac de re titulos Thessaliae interrogemus. Et Pelasgiotidis quidem inscriptiones recentes saepe genetivos in -οι habent, ut Σατύροι Μυσκελέιοι Παυσανιαίοι Σιλάνοι etc.;**) sed horum de origine docti certant. Ahrensius (dial. 221 sq.) eos ita explicari posse censet, 'ut antiquioris formae Σατύροιο abiectum ο esse putetur, ut apud Latinos equi ex equiu(s)[?]'. Assensus est nuper A. Fickius***), antea Lugebilius (ann. phil. suppl. XII 211), qui decurtatum hanc exitum οι', ubicumque per versum licet, in locum genetivorum in ου substituendum censet.****) Adversatus est A. Ebel (K. Z. XIII 448), qui vocalem ο finalem quam alia antecedat vocalis pronuntiari desiisse negat; unde etiam terminum οιο elisioni resistere. Sed ο antecedente vo-

*) testimonia vetera huius sententiae collegit Ahrens-Meister, Die griech. Dial. I 305.

**) alios plurimos invenias in titulo Larissaeo, Cauer² 409.

***) ed. Odysseae p. 29: «der nordthessalische genetiv auf οι ist zweifellos aus οιο entstanden und zwar aus der gestalt, welche οιο vor vocalen annahm. Auch bei Homer ist in diesem falle vermutlich οι zu schreiben.»

****) Quamquam iusto longius illum hac in re progressum esse video: equidem nescire fateor cur in vocibus εὐξαμένου βηλοῦ μεγάλου (A 381. 591. B 134) aliisque diphthongum corripi propter versum necesse sit: constat enim innumeris locis vocalem longam seu diphthongum, dummodo in ictu sit, non brevem fieri, etiamsi hiatus insequatur. Velim Lugebilius priusquam οι' aliquot in exemplis priorum Iliadis librorum postulet, cuncta congesserit; nam hoc quoque mecum multi audire gestient, quid ille de iuncturis velut «αἰετοῦ οἴματ'» facturus fuerit.

cali elidi docent exempla Homerica δύ' (vicies septies), εὔχε' παῦε' alia, et attica δύναι' ἔλοι' etc. Quodsi H. Duentzerus Thessalicum genetivum a vulgari in -ου derivat, ipse defendat. Probabilius G. Meyer (Griech. Gramm. p. 291) et Von der Pfordten (de thessal. dial. p. 45) eas vetustioris locativi formas esse censent; nam locativos genetivorum quoque vicem tenere concedendum est. Res adhuc ita in dubio versatur, ut ne plenioribus quidem genetivis in -οιο si qui aeolici vocantur temere uti liceat: neque enim ὑετοῖο in Et. Gud. aut Πινδάροιο in fragmento Corinnae (21, 2 B.[3]) aeolicos appellare et in meum usum vertere ausim, non magis quam Corcyraeorum illa κασιγνέτοιο, 'Αράϑϑοιο (Roehl IGA. 342, 343 = Cauer[2] 83, 84): omnes enim omnis aetatis scriptores hexametrorum homericum sermonem imitatos esse constat. Quamquam ultra prodire nolo: satis sit quod cum elisione vocalis ο probata genetivos pronominum Homericorum ad pauciores et vetustiores formas redigere et hanc elisionem testibus codicum nec non Thessalicis genetivis in -οι fulcire conati sumus: si quis alia ratione ἐμέϑεν ἐμεῖο ἐμέο ἐμεῦ iuxta posita in eodem carmine explicare poterit, lubens in eius partes secedam: namque ego non is sum quem durities elisionum iuvet vel coniecturarum audacia parum stabilitarum.*) Quodsi

*) Ipse Nauckius, qua est animi humanitate, per litteras me monuit de pronominum personalium formis Homericis nuperrime 'disquisitiones' scripsisse J. van Leeuwenum in Mnem. nov. ser. XIII part. II, p. 188—221. Quas cum inspicerem et virum doctum paragrapho altera de genetivi singularis formis disserere viderem, non poteram non gaudere, quod pertractandis formis contractis et eandem viam quam ego ingressus est et eadem fere adsequutus. Etenim etsi duce Sebero, cuius sine auxilio 'vix pedem in talibus quaestiunculis promovere' se posse ait (p. 215) rem non tam accurate tractavit, ut omnia exempla congereret, id quod maxime in forma εὗ (Fεῦ) elucet, tamen et ubi corripiuntur genetivi insequenti vocali, elisionem reponi iubet, vestigiis innixus librorum (ut Ψ 789 ϑ 462 etc.), et ubi in arsi diphthongum inveniret, corrigere non dubitavit. Quamquam de elisione vocalis ο quae suffixi genetivi est accuratius inquirere supersedit, rem spinosissimam.

quis contractas formas ex omnibus locis summotas esse verebitur, illud tamen hac mea disputatione probatur multo saepius Homero formas solutas reddendas esse quam factum est in textu librorum, refieto illo a grammatico analogiae sectatore qualem Aristarchum fuisse constat.

Maior etiam formarum confusio in plurali. Nam libros si sequemur quattuor genera earum distinguenda sunt: primum formarum aeolicarum, alterum atticarum, tertium solutarum, ut ἡμέας ἡμέων σφέας σφέων, plerumque tamen per synizesin coactarum, denique quartum encliticarum quas vocant, ut ἧμιν, ἧμας. Et prioris classis exempla, etsi iam ante me collecta invenias (Christ., proll. § 75; Hinrichs, de homericae elocutionis vestigiis aeolicis, Berol. 1875, p. 112 sq.), tamen ut lectoribus ante oculos versentur, hoc quoque loco congeram.

ἄμμες Φ 432^{3}. ι 303^{3}. 321^{3}. χ 55^{2}.

ἄμμι(ν) A 384^{5} (post caesuram bucolicam) B 137^{5} (p. c. buc.) Δ 197^{5} (p. c. buc.) 207^{5} (p. c. buc.). I 427^{3}. K 70 e. Λ 714^{5} (p. c. buc.) N 379 e. Ξ 85^{3}. O 493^{5} (p. c. buc.) Σ 279^{5}. Υ 140^{3}: Ψ 160^{5}. α 123^{3}. β 334 e. δ 770^{3}. η 203^{3}. μ 275^{5}. χ 262 e. ἄμμ' H 76^{4}.

ἄμμε A 59^{3}. H $292^{1} = 378^{1} = 397^{1}$. K 346^{3}. Ξ 62^{5}. Σ 268^{3}.

E coniecturis vero meis eas, quae cum illius coniectis congruunt, libenter ei concedo, nempe in vv. A 88 (nisi quod 88 et 89 transponit). 453. I 334 (κεῖτ', ἐμέθεν). Ψ 70. Ω 429. τ 137. ε 311 (= ι 20). κ 485. ο 467. π 62. τ 205; quae vero discrepant a meis, has omnes neque comprobare neque impugnare in animo habeo, sed ut cum nostris comparentur a legentibus, subicio.

X 454: ἐμοῦ. E 896: ἦ γὰρ ἐμὸν γένος ἐσσί.

δ 746: μέγαν δ' ἔλεθ' ὅρκον ἐμεῖο.

α 273: καὶ μὲν βουλάων.

N 252: (cum Nauckio) ἠέ τιν' ἀγγελίην. τ 108: σὸν κλέος.

Neque vero illud quod in lamentationis Hecubae vv. Ω 750, 754 coniecturas proposuit (σεῖο δ' ἄρ' οἶ et σὴν δ' ἐπεὶ) aut ω 257 τεῦ e versus initio, non e carminis aetate excusavit, probare possum.

X 219^5. Ω 355^3. ι 404^5. κ 209^3. μ 221^5. (π 372 ex coniect.) χ 73^1.

ὔμμες Α 274^3. 335^3. Ξ 481 e. Ψ 469^3. Ω 242 e. φ 231^3.

ὔμμι(ν) Δ 249^3. Ζ 77^5. Η 387^3. Κ 380^2. Ν 95^5 (p. c. buc.) 625^3. Ο 109^3. β 316^3. 320^3. δ 94 e. λ 336^3. 340 e. ο 506^3. υ 367 e. ὔμμ' Κ 551^2. ρ 241^1. χ 62^2. Ψ 787^2 (ὔμμ' libri, ὔμμι editur, v. infra.)

ὔμμε Ψ 412^3. ὔμμ' Λ 781^5. ν 357^2. σ 407^5.

Animadvertimus ex hac tabella, id quod Hinrichsius quoque l. l. p. 112 observavit, has formas omnibus versuum sedibus aptas tertiam et quintam prae ceteris adamare: nam in illa triginta septem, in hac septendecim eaeque maximam partem post caesuram bucolicam extant. Multo rarius ceterae in ceteris pedibus: in primo «ἄμμε διακρίνῃ» Η 292. 378. 397, quam formulam imitatur «ἄμμε κατακτείνῃ χ 73; accedit unum ρ 241 (ὔμμ' ἐπὶ μηρί' ἔκηα). Secundo in pede certa tradita sunt quae Κ 551. ν 357. χ 55. 62 exhibentur; sed Κ 380 ὑμῖν liber Η (Vind.) et Eust. variant; verum Ψ 787 «εἰδόσιν ὔμμ' ἐρέω πᾶσιν, φίλοι» suspicionem movet, cum littera F in verbo Fερέω supprimatur; quam qui restituebant, mutabant «Fειδόσιν ὔμμι Fερέω»; sed contractum futurum novum in locum veteris vitium infert; igitur malim «Fειδόσι πᾶσ' ὑμῖν (vel ὕμιν) Fερέω, φίλοι». Dein quarto in pede unum illud Η 76 «Ζεὺς δ' ἄμμ' ἐπιμάρτυρος ἔστω»; in exitu etsi octo locis (Κ 70. Ν 379. Ξ 481. Ω 242. β 334. λ 340. δ 94. χ 262. υ 367) formae aeolicae extant, tamen ita libri plerumque fluctuant, ut haud discernas, utrum in iis veteris graecitatis formae, de quibus modo dicam, lateant necne.

Altera classe atticas formas easque contractas contineri diximus, e quibus ἡμεῖς octogies numeratur, ὑμεῖς tricies quinquies, ἡμῖν septuagies semel, ὑμῖν tricies quinquies. At has formas fere omnes cum ita in versu collocatas invenias, ut contracta quae dicitur vocalis ipsa positione ante duas consonas producatur, iure concludas atticas illas formas numeris

non esse stabilitas, nedum necessarias. Quod cum intellexisset A. Fickius in editione Odysseae (Götting. 1883) aeolicas formas ἄμμες ὔμμες ἄμμι(ν) ὔμμι(ν) in locum illarum reponi iussit; C. Sittelius vero qui in commentario 'die aeolismen der homerischen sprache' (Phil. XLIII, 24 sq.) omnes aeolismos qui feruntur aut expellere aut refutare conatus est, mutato accentu et spiritu archaicas formas ἀμμές ὑμμές ἀμμί(ν) ὑμμί(ν) finxit et ita commendavit, ut eas non modo pro atticis sed etiam pro aeolicis inferendas esse statueret. Utrique cum nomine magis quam re distare eos pateat, assentitur Christius in epilegomenis editionis suae hisce verbis: 'Homerum etiam in declinandis pronominibus αἰολίσαι vel ἀρχαΐσαι ratus formas ἄμμες ὔμμες ἄμμιν ὔμμιν ubique restituendas censeo' (p. 734). Equidem hac de re ita sentio, ut atticas formas nullo modo feram: nam cum ex ἡμέσες ὑμέσες ortas eas esse constet, contractiones autem stirpium in -ες aliis in vocabulis fere semper suspectas esse supra (p. 65 sq., 68 sq.) probaverim, ne pronominum quidem contractas formas aequo animo feremus; nec tamen aeolicas Fickii temere accipio: nam cum accusativos ἄμμε ὔμμε in locum ἡμέας ὑμέας substitueret, hoc per versus ei non licebat nisi ita ut aut iusto maiorem vim illis inferret aut dum licentiam producendae ε vocalis arrogaret, ingratissimos numeros procrearet.*) Longe veri similius est ad exemplum formarum Doricae gentis (ἁμές ὑμές ἇμῖν

*) cf. lectionem librorum:	A. Fickii:
β 75. ὑμέας ἐσθέμεναι	ὔμμ' ἐσθιέμεναι.
β 86. ἡμέας αἰσχύνων· ἐθέλοις δέ κε	ἄμμ' αἰσχυννέμεναι ἐθέλεις καὶ . . .
β 210. ταῦτα μὲν οὐχ ὑμέας ἔτι	ταῦτα μὲν οὐκ ὔμμε ἔτι . .
β 244. ἡμέας ὀτρύνων καταπαυέμεν	ὀτρύννων ἄμμε καταπαυέμεν. .
β 330. καὶ ἡμέας πάντας ὀλέσσῃ	καὶ ἄμμ' ἅμα πάντας ὀλέσσῃ.
δ 294. εἰς εὐνὴν τράπεθ' ἡμέας	εἰς εὐνὰν ἄμμε τράπεθ'
π 319. ἡμέας πειράζειν, ἀλλ' . . .	περράζην ἄμμε, ἀλλ' . . .
τ 384. ἡμέας ἀμφοτέρους	ἄμμεας ἀμφ.; quidni ἀμφ. ἄμμε?
χ 264. ἡμέας ἐξεναρίξαι	ἄμμε καὶ ἐξεναρίξαι.

ἄμιν ὔμῖν ὔμιν) veteris graecitatis formas e radicibus sanscritis asmá jusmá repetere, nempe ἀμμές ὑμμές sive ἡμές ὑμές. Difficillima vero disceptatio est, utrum geminatio consonae μ ut apud Aeoles an productio compensativa ut in Doride et Iade praeferenda sit apud Homerum: constat enim iuxta legi apud eundem ἐρεβεννός φαεινός Ἐννοσσίγαιος Εἰνοσίγαιος εἰνάτερες κονίσαλος κονίσσαλος etc.; tamen ni fallor ad productionem Ias vetustior, ut quae recentiorem antecedat, magis proclinare videtur. Sed haec quaestio, quam Sittelius unquam solvi posse desperat, non ad id spectat quod hic mihi proposui. Nec tamen cum eodem procedere eo ausim, ut aeolicas quoque formas nihil aliud quam 'personatas archaicas' dicam. Primum enim vidimus certis versuum sedibus eas fere esse adstrictas; tum accusativi ἄμμε ὔμμε unius aeolicae nationis proprii feruntur, ut ἀμέ ὑμέ doricae (facti illi ni fallor ad similitudinem singul. ἐμέ σέ); sed apud Iones inauditi; qua de causa totius Graeciae communes fuisse eos nondum patet; quam difficultatem Sittelius ita effugit ut eos 'priscas dualis formas locum pluralis tenentes' esse censeat, non comprobet: mirum sane esset, si iuxta genuinas formas νῶι σφῶι adulterinae ἄμμε ὔμμε eaeque tantum cum vi accusandi in usu fuissent.

Igitur posteaquam Atthidis fere omnes formas vitari posse vidimus, restat ut paucissimas quas obstare dixi perlustremus:

M 223: ὣς ἡμεῖς, εἴ πέρ τε πύλας καὶ τεῖχος Ἀχαιῶν·
ω 186: ὡς ἡμεῖς, Ἀγάμεμνον, ἀπωλόμεθ', ὧν ἔτι καὶ νῦν·
Δ 246: ὣς ὑμεῖς ἔστητε τεθηπότες οὐδὲ μάχεσθε·
H 194: τόφρ' ὑμεῖς εὔχεσθε Διὶ Κρονίωνι Fάνακτι·
I 649: ἀλλ' ὑμεῖς ἔρχεσθε καὶ ἀγγελίην ἀπόφασθε·
Ψ 495: ἀλλ' ὑμεῖς ἐν ἀγῶνι καθήμενοι εἰσοράασθε·

Omnibus his versibus si formas quas poscimus ἡμές ὑμές reddere velimus, ita defendemus, ut in arsi syllabam -ες produci statuamus: producta enim extat eodem in pede Γ 40.

H 232. κ 64. μ 22; quod quidem satius mihi videtur quam fulcrum illud metricum γ' sexies inserere. Quamquam si cautiores quam audaciores nos esse decebit, uni versui M 223 formam ἡμές, quae praeterea in caesura τριθημιμερεῖ excusatur, concedemus; extat enim unus in carmine antiquo, cum ceteri in iunioribus (H, I, Ψ, ω) inveniantur neque offendant, et qui superat versus Δ 246 haud scio an eodem iure illepidum similitudinis (v. 243—245) additamentum habendus sit quo versus Λ 272 a Cobeto extinctus est, v. p. 17*). Tum quater pronomen ἡμεῖς in thesi ante vocales invenitur:

Γ 104: Γῇ τε καὶ Ἠελίῳ· Διὶ δ' ἡμεῖς οἴσομεν ἄλλον·
Ξ 369: ἡμεῖς ὀτρυνώμεθ' ἀμυνέμεν ἀλλήλοισιν·
α 76: ἀλλ' ἄγεθ' ἡμεῖς οἵδε περιφραζώμεθα πάντες·
γ 81: ἡμεῖς ἐξ Ἰθάκης ὑπονηΐου εἰλήλουθμεν.

Horum versuum primus non uno nomine suspectus videtur. Nam duas hostias sacrificio sufficere nemo non videt, quarum quae alba est dis superis, Iovi Solique, immolatur (Γ 276, 277), nigra vero Telluri, fluminibus, inferis (ib. 278. 279); igitur priore quoque loco Iovis mentio fit non aliam ob causam quam quod postmodo imploratur. Iam vero in iis quae subsequuntur Priamus agnos suos in currum recipit: victimam Graecorum nemo curat. Accedit forma molestissima Γῇ, quam emendando eliminare audaciae esse dixi p. 41**). Itaque si et hunc versum et inter sequentes 118—120 omiserimus, omnes has difficultates effugiemus. Tum in v. Ξ 369 corrigendo periclitari non dubito: nam aut ἄμμες (ἡμὲς) ἐποτρυνώμεθ' aut ἐμμενὲς ὀτρυνώμεθ' commendo. Odysseae vero locos si corrigere fas erit, a Fickio optime correctos esse video, cum α 76 ἄμμες τοίδε et γ 81 νῶι μὲν proposuerit.

*) Frustra enim Bentleius coniectura «ὡς ὀξεῖ' ὀδύνη δῦνεν» difficultatem, quae in voce ὀξέαι posita est, summovere tentavit.

**) Tentabam «Γαίῃ τ' Ἠελίῳ τ'· ἡμὲς Διὶ οἴσομεν ἄλλον»; de iunctura Γαῖα καὶ Ἠέλιος cf. Γαῖα καὶ Οὐρανός O 36. ε 184. Hes. th. 45. 147. 154. 421. 463. 470. 644. 891. Sed in versu T 259 Γαῖα καὶ Ἠέλιος reponere non vereor.

Denique accusativi plur. soluti, nempe ἡμέας Θ 529[5]. Κ 211[5]. Λ 695[1] (in Nestoris colloquio). Ο 136[2]. β 86[1]. 244[1]. δ 294[4]. π 381[4]. 385[4]. τ 384[1]. χ 264[1]. ψ 138[4]. 224[4] et ὑμέας β 75[1] hanc habent paratam excusationem quod praeter Ο 136, ubi «λείψει, ὃ δ' ἥμας ἔπεισι» facile corrigas, nisi in carminibus recentibus aut in Odyssea non leguntur. Originem autem harum formarum G. Meyerus (Gr. Gr. § 419) tam luculenter evolvit, ut dubii nihil relinquat: profectas a genetivis ἡμέων ὑμέων (i. e. ἡμέ-σων ὑμέ-σων) ad similitudinem stirpium in -ες (ut εὐγενέ-σ-ες, εὐγενέ-σ-ων) nominativos et accusativos esse ortos. Et re vera, etsi eas corrigere et formas ἥμων ὕμων*), non contractas eas sed vocali thematica ε abiecta ortas, reponere non audebimus, tam raro in Homeri carminibus, plerumque recentissimis in partibus, invenimus, ut iure quasi primordia quaedam ac semina atticarum formarum dicamus. Ceterum falsae quam vocant analogiae alia multaque vestigia: sic ad exemplum dativorum earundem stirpium in -ες (ἔπεσσι λέχεσσι) innumeros dativos aliarum stirpium formatos esse constat, ut Θρῄκ-εσσι Κιλίκ-εσσι Τρώ-εσσι νή-εσσι, quin etiam ἐπέ-εσσι λεχέ-εσσι, quae contulit omnia L. Meyer (Gedrängte Vergleich. d. griech. u. lat. declination p. 100 sq.).

Iam ad formas pervenimus quae licet contractae non sint, tamen cum synizesi semper legendae, scilicet genetivos

ἡμέων Γ 101[1]. Λ 318[1]. Φ 458 e. α 33[2]. ι 498[3]. μ 187[2]. ξ 271[1]. π 185 e. ρ 440[2];

ὑμέων Η 159[1]. Ο 494 e. ν 7[1]. υ 351 e. χ 219[3].

Has in **vetustioribus** carminibus bis in exitu excusari cernas, ceteras rarissimas apparere; et Γ 101 νῶιν pro ἡμέων substitui licet; simili modo Λ 318 versus graviter corruptus haud scio an exordium habuerit «νῶιν ἔτ' ἔσται Ϝῆδος». Ceterum ipse poëta ingratas has formas effugit cum interdum

*) cf. ἄμμων aeolicum, Apoll. de pron. 121a Bekk.

mediam syllabam producere maluit: sic ἡμείων legitur E 258. Υ 120. ω 159. 170; ὑμείων Δ 348. Η 195. Τ 153. φ 318*).

Ad eandem classem pertinet magna pars accusativorum: ἡμέας Θ 211[1]. Ν 114[1] (Υ 135[1]). β 330[4]. δ 178 e. 452 e. 652 e. ζ 297[3]. ι 43 e. 251 e. 545[4]. ν 269 e. ο 82 e. π 319[1]. ὑμέας β 210[3]. μ 163[4]. φ 198[3]. ω 396[4].

Has synizeses quomodo effugiamus, iam accuratius investigemus. Etenim in versu π 372 ἡμᾶς, quod librorum plurimi habent, in ἥμας cum La Rocheo mutandum est propter numeri necessitatem; nam tantum abest ut in ἄμμε cum plerisque corrigam, ut et in forma ἥμας et in ceteris quas encliticas grammatici vocant, scilicet ἥμιν (Α 579. Η 352. Ρ 415. 417. α 166. ϑ 569. κ 563. λ 344. ν 177. ρ 376. υ 272) et ὕμιν (α 373. δ 94. κ 464) et σφάς (Ε 567 GHLMO Mor. Vrat. a. Apoll. de pron. 127 c. Et. Mg. 128, 22; σφέας vitiose ceteri; ϑ 315 ACE)**), veteris graecitatis formas subesse censeam. Quae exortae hunc in modum videntur: *ἡμές sive *ἀμμές (quae olim fuisse diximus) ex ἡμέ-ς (ἀμμέ-ς) nata esse homines obliti mox vocalem non stirpis (ἡμέ-ς) sed exitus (ἡμ-ές) esse rebantur: unde accusativus ἡμ-ἅς (postmodo ἥμας) facillime poterat oriri. Ut luculentius exprimam quid sentiam, liceat mihi more grammaticorum linguas aricas inter se comparantium proportione uti:

μῆν-ες : μῆν-ας = ἡμ-ές : ἡμ-άς.

Nec intermortuae hae formae: apud tragicos, Sophoclem

*) Quarum de origine litigatur: Fritschius in Curt. stud. VI 120 et his et formis ἡμεῖς ἡμᾶς etc. auctam stirpem *asma-i (*asma-j-as = *ἡμε-j-ες) subesse statuit; G. Meyerus (Gr. Gr. § 422) eas ad analogiam singularis ἐμεῖο ἐμέο a rhapsodis fictas esse censet; ego ἡμήων ὑμήων scribendum esse puto ita ut stirpibus productis (cf. skr. asmâ-kam jushmâ-kam) et vulgari illo gen. plur. suffixo -ων (-sâm, cf. skr. tê-sham) contineantur.

**) exhibet σφάς Oppian. Hal. II 231, Cyn. I, 470; cf. Lehrs, quaestt. epp. 303.

potissimum, saepenumero servantur: ἥμας, ὕμας Soph. Ai. 21. 125. 1274. OC. 275. 325 etc.; ἥμιν, ὕμιν, Ai. 216. 733. 864. 1242. 1264. Ph. 8. 465. El. 17. 41. OC. 1205. 1612, idque tum ante consonas tum ante vocales. Haec atticos poëtas, quorum aequales dudum ἡμᾶς ὑμᾶς ἡμῖν ὑμῖν loquebantur, ausuros fuisse veri dissimillimum, nisi apud epicos ἡμάς ὑμάς etc. repperissent; nam accentuum lubidinem non curo. Ergo in locum ἡμέας ὑμέας simplices ἡμάς ὑμάς restituendas commendo: iam audacter Christius σφέας (de quo infra dicam) in σφάς correxit.

Atthidis dativi ἡμῖν ὑμῖν cum circumflectantur contracti multis videntur: iam si Fritschium audimus (Curt. St. VI 121) «et ex asma-i, *asma-i-bhjam, ἡμε-ι-φιν, ἡμῖν [omittit quae interiacent *ἡμε-ι-ιν *ἡμ(ε)-ῖν!] — et ex asma, *asma-bhjam; [proportione] ἡμε-φιν: ἡμιφιν = σφέ-σι: ✓σφίσι, dativus ἡμῖν derivatus esse potest; ex ἡμῖν, ῑ correpta (!) orta est forma enclitica ἥμιν». Hos constructionum ambages et circuitus quomodo defendat, ipse videat. Nam eam quam tituli exhibent formam ἡμεῖν ὑμεῖν (CIG. 2335, 44. 3045. 3832, 5, 7, 10. 3833, 6. 3835) in suum usum vertere consulto eum noluisse suspicor, cum illi inter novissimos sint. Nos melius cum G. Meyero (Gr. Gr. § 414) pluralis suffixi -ιν formam eandem esse quae in ἐμίν τίν τεΐν singularibus inest censebimus; mature ε quod stirpes habent cum suffixo conflatum videtur, aut prorsus intercidisse, quod in σφῖν i. e. σφ(ε)-ιν factum esse apparet; — productam quidem antiquitus fuisse vocalem ι statuemus, sed iam Homeri aetate correptam cf. ἥμιν ὕμιν (rectius ἡμῐν ὑμῐν, quae supra contuli). Denique quod Attici circumflexere ἡμῖν, hoc ad similitudinem ceterorum casuum fecisse eos in propatulo est.

Quantitas vocalis ι in aeolicis Homeri formis semper correpta, item in encliticis quas modo nominavi: atticas quas quidem libri praebent, si scrutabere, in Iliade omnes fere ita

positae, ut cum consonans insequatur, syllaba ιν producatur: igitur utrum natura eius longa sit an brevis disceptare non possumus, sed ἡμίν ὑμίν scribere utique licebit. Ante vocalem in Iliade quattuor producuntur formae:

Θ 142^{4}: σήμερον· ὕστερον αὖτε καὶ ἡμῖν, αἴ κ' ἐθέλῃσιν·

Ξ 481^{1}: ἡμῖν, ἀλλά ποθ' ὧδε κατακτενέεσθε καὶ ὔμμες·

Η 32^{1}: ὑμῖν ἀθανάτῃσι, διαπραθέειν τόδε Fάστυ·

Κ 445^{4}: ἠὲ κατ' αἶσαν ἔFειπον ἐν ὑμῖν, ἠὲ καὶ οὐκί·

In his igitur et in undecim Odysseae locis (γ 56^{1}. η 202^{1}. ϑ 566^{1}. ι 53^{1}. ν 174^{1}. ο 455^{5}. π 312^{1}. 427^{4}. φ 365^{1}. ψ 134^{1}. ω 169^{1}*) suffixi altera syllaba producitur, non antiquo more cum productio in Odyssea increbrescat; immo hic usus fortasse inde repetendus quod in prima et quarta sede trochaeus vicem dactyli tenere poterat (cf. Christ, Metrik² p. 166. 280.) Neque mirum quod in Odyssea extat fere triplo plus exemplorum, quippe cum narrationibus et sermonibus multo magis abundet quam Ilias; hoc iam inde dignoscas, quod ἡμῖν omnino vicies sexies in Iliade, quadragies bis in Odyssea, ἡμέας sexies in Il., vicies semel in Od. occurrit.

His pauca de reflexivo, cuius thema est σφε-, addenda mihi sunt quae ne ordo turbaretur omisi. Eius genetivus plur. plenus, sed per synizesin legendus σφέων quater, Σ 311^{3}. γ 134^{3}. υ 348 e. ω 381^{4} (i. e. in caesura, in extremo versu, in carmine recentissimo) versui adaptatur, amplificatur σφείων ad exemplum ἡμείων ὑμείων toties: Δ 535. Ε 626. Ν 148. 688. Praeterea contractum est pronomen in iunctura σφῶν αὐτῶν (Μ 155. Τ 302. ω 410): sive terminorum concentus hoc effecit sive corrupta traditio est et Fῶν αὐτῶν restituendum, ut ὧν (Fῶν) in Sophronis fragmento 80 inveni.**) Plenus

---

*) Praeterea π 387^{2} ὑμῖν in arsi cum producto suffixo.

**) Ahrens, de dial. dor. p. 472: «ὁ δ' ἐκ σκότεος τοξεύων αἰὲν ἕνα ὧν (lege Fῶν) ζυγαστροφεῖ (? ζυγοστροφεῖ)» Vertas sic: ille vero dum e tenebris sagittis petit semper unum ex iis, equos huc illuc dirigit. ζογαστγοφῶ si rectum est, doricum α pro η habet, quod in ζυγηφόρος

etiam, sed disyllabus accusativus σφέας apparet decies quater (M 43. 86. N 152. P 278. η 40. μ 40. 225. π 228. 475. ρ 261. υ 188. χ 415. ψ 66. ω 440.). Hauritur vero per hyphaeresin quam vocant (Fritschius in Curt. St. VI 132) thematica ε vocalis et in σφι(ν) et in σφᾶς (E 567, ϑ 315), qua forma Christium ita recte uti diximus ut molestas illas synizeses, σφέας (B 96 e. 366^4. 704^2. Δ 284^1. 337^1. E 151^2. K 140^4. (191^1). Λ 128^2. O 145^1. Ψ 235^4. δ 77^1. ζ 6^1. ϑ 315^2 [in arsi producendum σφὰς] 480 e. κ 430^1. ν 213^1. 276^2. ρ 212^2 [in arsi pr.] ω 389^4) effugeret.

Dualis formae νῶι (tricies sexies) et σφῶι (decies) raro contractae inveniuntur quaeque extant iure Cobetus νῴ et σφῴ scribi iussit (Misc. crit. 259), ut νῴ E 219*), σφῴ A 574. Λ 782. N 47. O 146; de ῳ diphthongo ex ωι orta confer πρῴην Γ 420. X 57. Τρῳάδες Z 442. H 297. ὀρέσκῳος A 268. Τρῳάς Π 184. Θῳή N 669. ᾦξε Ω 457. At gravior contractio σφῷν semel δ 62, in Telemachia.

Denique de pronominis indefiniti vel interrogativi formis compendiosis contractisque breviter dicendum est. Cum enim in thesi solvatur forma genetivi τέο B 225. Ω 128. δ 463. π 305**) in libris, solvenda eodem modo est cum Payne-Knightio Ψ 331^1 ἦ τεο σῆμα; Σ 192^2: οὔ τεο Fοῖδα; («τινα Fοῖδα» non necessarium); δ 264^1: οὔ τεο δευομένων; ο 508: τέο δώμαϑ'; ω 257^3: τέο δ' ὄρχατον. Ceteris locis fere omnibus τευ (vel τεῦ) sic ante vocalem ponitur, ut diphthongus corripiatur†). B 390^2. E 897^1. N 252^1. 559^1. T 262^5. Σ 192^3. α 217^4. γ 348^1. ζ 68^5. 192^5. ι 497^3. ξ 510^5. ρ 115^5. τ 109^1. φ 210^5.

---

apud tragicos apparet. Fragmentum extat apud Apollon. de pron. 122 c, Bekk.

*) in versu π 306 Bekkerus Dronkeum secutus recte νῶι τίει edidit.

**) π 305: καί κέ τεο δμώων: Ascalonitae coniectura «ἐτεοδμώων» placuit.

†) Observavit iam C. Hoffmannus in quaestt. homer. I 71 adn. 'pronomen encliticum τευ productum in Iliade in hiatu non legi.'

306[3]; hic τε' elisa ο vocali scribi potest. At in arsi ter τεο legitur: B 388: ἱδρώσει μέν τευ τελαμών; hoc loco «ἱδρώσει τεο μὲν τελαμών» invertere maluerim, cum particula μὲν liberius ponatur, cf. A 250: τῷ δ' ἤδη δύο μὲν γενεαί; neque tamen corrigendum est τευ in Odyssea τ 371[4]. ω 257[1]. Audacius apud Nauckium proponitur ρ 121[1] «ὅττεῦ χρηίζων»: nam ante χρ rara correptio est et locus ad Telemachiam pertinet; neque vero ὅτευ ρ 421[4] = τ 77[4] emendando removetur. At Rhiani lectio ὅττευ, α 124, ut non necessaria ita certe flocci facienda est*). Pluralis genetivus τέων disyllabus est in vv. Ω 387 et υ 192, monosyllabum τέων in versu ζ 119 (ν 200)

ὤ μοι ἐγώ, τέων αὖτε βροτῶν ἐς γαῖαν ἱκάνω

equidem ferre nequeo; an, cum βροτῶν abundet, corrigere licebit «ὤ μοι ἐγώ, νῦν αὖτε τέων ἐς γαῖαν ἱκάνω»? Verum κ 39 errore ut videtur typographico in editione Nauckiana «ἀνθρώποισιν, ὅτεών» legimus, cum «ἀνθρώποισ', ὅτεών» legere liberum sit. Denique dativi per synizesin legendi sunt duo

O 664: ἠμὲν ὅτεῳ ζώουσι καὶ ᾧ κατατεθνήκασι·

O 491: ἠμὲν ὁτέοισιν κῦδος ὑπέρτερον ἐγγυαλίξῃ·

priore loco ὅτω D et H ex corr., ὅτῳ Barocc. Mori habent: reddenda libro O haec forma, quandoquidem et M 428 ὅτῳ A Ambr. CEGS schol. O 449 (ὅτω DHLSyr.), Arist. (?)**) occurrit et τῳ indefinitum extat A 299. M 328. N 327. Etiam in versu O 491 ὅτοισιν praetulerim.

Ad extremum ut quae disputando evici colligam et tabula repraesentem, fuisse pronominum videntur veteres formae

ἐμέο μέο σέο Fέο τέο ὅττεο

ἡμές (ἀμμές) ἧμων (ἄμμων) ἡμείων ἧμιν ἧμας

---

*) Recte Mayhoff, de Rhiani Cretensis stud. hom. Lips. 1870, p. 58 coniecturam Rhiani 'qui poëtam magis quam grammaticum se praestitit', non temerariam esse statuit, sed ex accurata et attenta manavisse dialecti epicae observatione: etenim fere semper τευ ὅτευ etc. invenit.

**) ὅτεῳ Zenodotus analogia ductus scripsisse videtur.

ὑμές (ὑμμές) ὕμων (ὕμμων) ὑμείων ὕμιν ὕμας; σφείων (Fῶν?), σφάς· recentiores et partim analogia nominum in -ες ortae
ἐμεῦ μεῦ σεῦ εὖ τεῦ ὅττευ
ἡμέες ἡμεῖς ἡμέων ἡμῖν ἡμέας (ἡμᾶς)
ὑμέες ὑμεῖς ὑμέων ὑμῖν ὑμέας (ὑμᾶς); σφέων σφῶν, σφέας.

VI.

De verbis contractis in -άω desinentibus.

Iam cum a nominibus ad verba transire animus ferat, id praemoneo me non nova esse moliturum sed aliorum vestigiis ingressum in alienis studiis aut comprobandis aut refellendis acquieturum. Quid enim? Formasne ego verborum quae contracta audiunt congeram congestasque solvam? Nimirum solutas et temere violenterque solutas invenias in editione Payne-Knightii, quem audaciorem quam ingeniosiorem in constituendo textu Homerico fuisse saepe vidimus. An formas vitiosas sive epicae dialecto parum congruas emendem? Sed in hanc quoque rem Bekkerum Nauckium Christium plurimam operam impendisse apparebit. Haec igitur quanta cum cura potero percensere, exemplis adornare, argumentis illustrare conabor.

In numero verborum contractorum primas partes ea quae in -άω, -έω, -όω exeunt tenere constat. Quae inter alia multa ei classi adscribenda sunt quae cum tenui praesentis stirpi elementum -jo, -je adiciatur, a grammaticis nostratibus «Jod-Classe» appellatur.*) Igitur haud scio an multi huic accedant opinioni, quandoquidem in contrahendo verbo τιμά-jω τιμά-jεις aeque atque in ποιέ-jω ποιέ-jεις eandem semivocalem j esse eiciendam videant, solutarum et contractarum formarum usum

*) cf. praeter alios Grassmannum (K. Z. XI, 94 sq.), qui cum his verbis sanscrita in ayâmi exeuntia, neograeca πεινάjει ὁμολογάjει, littauica in oju eju yi u desinentia comparat.

in utroque verborum genere eisdem fere legibus adstringi. At longo aliter res se habet non minus in sermone Homerico quam in ceteris Graecorum dialectis: nam cum verborum in -έω desinentium contractas formas perraras in libris extare multoque rariores quam in libris nostris eduntur necessarias esse videamus, rursus numerum verborum in -άω contractorum aliquanto maiorem quam distractorum, eaque adeo versuum legibus stabilita esse apparebit, ut neque solvendo distrahi neque emendando unquam possint revelli.

De verborum in -άω exeuntium formis Homericis Bernhardus Mangold in commentario 'de diectasi Homerica imprimis verborum in-άω' (Curt. Stud. VI, p. 139—213) tam enucleate disseruit, ut mihi prorsus persuaderet; igitur liceat ut paucis verbis de cura eius diligentissima referam. Et primo quidem capite Mangoldius ea quae ad explicandam diectaseos naturam adhuc prolata sunt a viris doctis recenset. Constat enim, ut ex ipsis verbis in -άω exempla afferam, inter formas ναιετάω, στιχάει — ὁρόω ὁράᾳς — ὁρᾶν ὁρᾷς eas quas medias posui a grammaticis usque ad nostram aetatem sic esse explicatas, ut e formis contractis redintegrata vocalium distractione (διεκτάσει) ortas esse dicerent. Quam commenticia et tortuosa sit haec explicatio, argumentis probare hoc loco supersedeo: id moneo tenebras his formis offusas primum disiecisse Goettlingium, qui in libro «Allgemeine Lehre vom griechischen Accent» p. 97 sq. formas εὐχετάᾳς ὁρόωντα quadam assimulatione vocalium ex distractis illis εὐχετάεις ὁράοντα ortas esse intellexit et egregie viam Leoni Meyero (K. Z. X, 45 sq.), munivit (nisi hic ipse in eandem sententiam venit), ut pluribus argumentis assimulationem illam confirmaret. Qui alii in hanc sententiam iverunt vel leviter eam conformaverunt, ut G. Curtius, Fred. Allen (Transactions of the American Philological Association 1873: 'The epic Forms of Verbs in άω'), hos dicere et longum est neque huc pertinet. Tria igitur genera formarum quae a

verbis in -άω cadunt Mangoldius discernit: primum integrarum, quae nisi certis in verbis formulisque non legantur, ut ναιετάω στιχάει κραδάων διψᾶων πεινᾶων; alterum assimulatarum, quae modo progressiva quam vocat assimulatione ortae sint ut εἰσοράασθε ἐάᾳς, modo regressiva, ut ὁρόω μητιόωντο, modo reciproca, ut ἀντιόωσι, παραδρώωσι; tertium denique contractarum, quas in catalogum p. 210 sq. rettulit. Quinto vero capite id quod nos sciscere maxime cupimus exposuit: qui factum esse statuamus, ut in carminibus Homericis et integrae et assimulatae et contractae formae pariter usurpentur. Et iure tritam illam excusationem, metricam dico necessitatem, qua, cum formas ἀντῐῶ ἑδρῐῶντο etc. heroici versus respuant, distractiones ἀντιόω ἑδριόωντο exigantur, quam minimi momenti poëtaque ut cui aliae formae (ἀντῶ ἕζομαι etc.) praesto essent, indignum esse exposuit. Immo aetate poëtae vel poëtarum, qui carmina quae nos accepimus composuissent, contractas formas iam in ore hominum viguisse, distractas vero vel assimulatas a poëtis esse usurpartas non studio abolita quaeque vetustatis speciem praeberent affectandi (nam affectationem a moribus illorum hominum fuisse alienissimam) sed quod in vetustiorum carminum stabilitis formulis inventae essent, ab iis esse retentas. Hoc inde posse probari atque confirmari vir doctissimus censet quod maximam partem formae distractae et assimulatae certis quibusdam versuum sedibus, in fine scilicet et in caesuris maioribus, inveniantur*); tum easdem nisi in formulis adornandae narrationis causa adhibitis non apparere inde acute concludit, quod «ex 437 formis assimulatis 199 sunt participia‘ — quibus sistit narratio — ‘at 56 tantum imperfecta‘ — quibus progreditur; ‘e contrario ex 728 vel — neglectis illis 137 προσηύδα, 81 ηὔδα, 23 μετηύδα — 487 formis contractis 72 sunt participia, 214 (et 241 ηὔδα etc.) imperfecta.»

*) idem in alios quoque ἀρχαϊσμούς, velut in genetivos in -αο -άων cadere supra vidimus, in genetivis in -οιο probavit Leskienus.

Neque his obstat aut quod etiam contractae in formulis apparent, ut ἀνείρεαι ἠδὲ μεταλλᾷς, ὁρᾷ φάος ἠελίοιο (l. l. p. 194): nam cum multo rariores sunt, tum novas exemplo veterum formulas fingere poëtis utique liberum erat; aut quod in tabula contractarum formarum per singulos versuum pedes digestarum, quam modo subiciam, contractionum plus quam dimidia pars — ut per centesimas significem, quinquaginta duae — in exitu aeque atque assimulatae formae extant; sunt enim pleraque verba finita quibus enuntiata apud Graecos et Latinos fere claudi constat. Ceterum, id quod Mangoldius advertit, contractae formae per omnium pedum arses et theses promiscue distribuuntur, neque, id quod de meo addo, in caesura maxima, qua omne contractionis et synizeseos gravioris genus confluere solere vidimus, aliquanto crebriores existunt, immo post caesuram sive quarto in pede frequentissimae in mediis versibus occurrunt; illic enim centesimas decem ratiocinatione effici cernas, hic undeviginti.

Alia quoque de causa non mirabimur quod haec contractionum classis ceteris usitatior apud Homerum est. Nam neque Latinorum verba in -are, quibuscum Graeca in -άω cognata esse intellegitur exemplis a Leone Meyero (Vergl. Gr. d. griech. u. lat. Sprache II 5) congestis: bovare — γοᾶν, comare — κομᾶν, cacare — κακ(κ)ᾶν, et a Mangoldio (l. l. p. 155) auctis: itao — ἰτάω*), libao — λοιβάομαι etc., alia quam contracta antiquitus apparent; neque in recentiore Iade diductas formas verborum in -άω ullas invenias, cum verba in -έω plerumque non contrahantur.**)

---

*) servari hoc verbum in ἐπανιτακώρ = ἐπανεληλυθώς (Cauer[2] 264) monuit me R. Schoell.

**) Immo formas aliquot eorum tum demum, cum in classem verborum in -έω transierunt, solutos inveniri patet (ὁρέω ὁρέων ὁρέοντες) cuius mutationis vestigia Homerica R. Kuehnerus in Gr. gr. § 248 adn. 6 contulit, memoratu illa digna: μενοίνεον M 59, ἤντεον H 423. ὁμόκλεον O 658. φ 360 etc., ὁμοκλέομεν ω 173, ποτέονται ω 7. —

Igitur ut quod supra diximus perspici possit contractarum usum Homericum formarum adeo omni norma carere ut is qui vel omnes vel plerasque dissolvere emendare, excusare convertere conetur, opus tam insanum quam inextricabile aggrediatur, iam totam formarum materiem a me congestam secundum singulorum pedum ordinem effundam, cum eam Mangoldius in extremo commentario suo secundum grammatica genera, modos, personas magnam partem sed non omnem congesserit.

Pes primus.

ἀρᾶται I 240. N 286. αὔδα (– ⏑) Ξ 195. Σ 426. ε 89. δάμνα Π 103.*) ἔα (⏑⏑) A 276. X 206. δ 744. εἴα Λ 718. O 522. Π 396. Ω 395. η 41. 274. τ 201. εἴων Σ 448. π 362. ἥβῷμ' H 133. ἠλᾶτο γ 302. ἠλώμην δ 91 (ν 321) ἥμων Σ 551. ἤρῶ imper. σ 176. ἠρώμην μ 337. ἰᾶτ' M 2. κοιμᾶτ' ζ 16. κοιμῶντο Z 246. 250. μαιμῶσι N 78. μνᾶται π 77. τ 529. μνᾶσθαι ξ 91. μνάσθω π 391. φ 161. μνώμεθ' ω 125. μνώμενοι λ 117. ν 378. μνῶνται φ 326. νίκων O 284. νώμα O 677. νωμᾷ φ 400. πεῖρα δ 545. πειρᾶν Δ 66. 71. I 181. πειρᾷ (– –) Φ 459. (– ⏑) Ω 390. 433. σίγα Ξ 90. ρ 393. τ 42. 486. στρωφᾶτ' N 557. τίμα O 616. τιμῶσαι Λ 46. τόλμων M 51. φοίτα E 595. I 10. N 760. O 686. λ 539. φοιτᾷ Ω 533. φοίτων B 779. κ 119. ξ 355. φοιτῶσ' β 182. (φοιτῶν post N 367 in versu spurio). φυσῶντες Ψ 218. ὤπτων γ 463. ὡρμᾶτ'. Γ 142. ὡρμῶντ' I 178.

Pes secundus.

ἀγαπᾷς φ 289. ἀρᾶται Ψ 209. τ 533. ἀρετᾷ ϑ 329. βοᾶν I 12. ἐάω: ἔα (⏑ –) B 165. 181. 346. E 517. I 260. N 2. P 16. X 339. ἐᾷ ν 359. ἐῶ Θ 428. ἐῷ υ 12. εἴα H 427. ψ 77. εἴας E 818. εἴων λ 232. ἐῶμεν K 344 (v. infra). εἰρώτα ο 423. εἰρωτᾷς ε 97. ἐξαύδα A 363. Π 19. Σ 74. ἐπειρᾶτο Δ 5. ἐπιτολμάτω

*) δαμνᾷ ἐπεί λ 221 cum Ascalonita ll. plerique: δάμναται ὡς Crates.

α 353. ἐρευνῶντες τ 436. ἐφορμᾶσθαι Ρ 465. ἐφορμᾶται Ν 74. Ο 691. φ 399. ζῶντος Α 88. (vide infra). ἠρᾶθ' Ψ 149. καταρῶνται τ 330. κατηρᾶτο Ι 454. λικμώντων Ε 500. νεμέσα Κ 145. Π 22. πειρώμεσθα φ 180. 268. (ἐ)σύλα Δ 105. 116. ὡρμᾶτο Φ 572.

Pes tertius.

ἀγᾶσθε ε 129. ἀμφεποτᾶτο Β 315. ἀμῷεν ι 135. ἀναστρωφῶν φ 394. ἀνειρώτων δ 251. ἀποτρωπᾶσθε φ 112. ἀποτρωπῶσι π 405. βιβῶσα λ 538 (βιβᾶσα iure Bekkerus, librorum lectionem tutatur La Rocheus, Hom. Textkrit. 215.) βοῶν Β 224. ἐάω: ἐᾶν Π 96. κ 536. (codd.) ἐᾷς λ 147. ἐῶσι δ 805. εἴας τ 25. εἴων ι 468. λ 49. 88. εἴα Ψ 4. τ 531. εἰῶμεν σ 420. εἰῶσι Λ 550. Ρ 659. εἰρωτᾷς δ 347. ι 364. ρ 138. ἕλων Ω 696. δ 2. ἐτόλμᾰ ω 162. ἠρᾶτο Ε 114. Ζ 304. Ι 567. Κ 283. γ 62. 64. ζ 323. η 1. κοιμᾶθ' Α 610. τ 49. κοιμᾶται δ 403. λοχῶσι ξ 181. μνῶνται α 248. ζ 34. 284. π 125. (τ 133). νεμεσᾶθ' Λ 543. νεμεσᾶτον Ψ 494. νεμεσῶ Δ 413. ζ 286. ὁράω: ὅρα Ψ 386. ὁρᾷ Λ 187. ὁρᾷς Λ 202. (Α 203 Bentleius e coniectura)- ὁρᾶτο Φ 390. ὁρῶμαι Χ 169. ὁρῶμεν κ 99. ὁρῶντο Υ 45. (ἐκκαθορῶν? Δ 508) ἐσορῶν Ν 478. ἐσορῶντι ε 372. καθορῶν Λ 337. ἐφορᾷ ν 214. πειρῶντο Μ 341. ποτῶνται Β 462. προβοῶντε Μ 277 (γρ. προβάοντε; προβιβάντε Nauckius). στρωφᾶσθ' Υ 422. στρωφῶσ' ζ 53. 306. σκιρτῷεν Υ 226. 228. τιμᾷ Ρ 99. τιμῶν Π 460. τιμῶσι Ψ 788. τρωπῶντο ω 536. τρώχων ζ 318. τρωχῶσι Χ 163. φοιτῶντε Ξ 296. ὡρμᾶτο Ε 855.

Pes quartus.

ἀλώμενος Β 667. Θ 482. Φ 495. β 333. δ 368. ε 336. 448. ζ 206. η 239. θ 28. λ 160. ν 309. 418. ο 492. σ 401. τ 170. ἀμφιπεριστρώφα Θ 348. ἀνιᾶται ο 335. ἀρώμενος τ 367. ἀρετῶσι τ 114. ἀτιμᾷ π 307. ἀτίμων ψ 28. βιῴατο Λ 467. γελοίων υ 347. γόων κ 567. δαμᾷ Α 61. διασκοπιᾶσθαι Κ 388. Ρ 252. ἐάω: ἔα (⏑⏑) Π 731. (⏑̈–) Θ 244. Ο 376. 472. Ρ 13. β 281. ἐᾷ Ε 256. ἐᾶν Ο 347. εἴα Σ 189, ἐκύκα κ 235. ἐνίκα Ψ 680. 742.

γ 121. ἐνίκων Ι 130. 272. ἐνικλᾶν Θ 408. 422. ἐνώμων κ 32. υ 252. ἐπειρᾶτο Ν 806. ἐπειρῶντ' φ 184. ἐπώπτων μ 363. ἐσύλα Λ 110. ἐφοίτα Γ 449. Ε 528. ἐφοίτων ι 401. λ 42. μ 420. ω 415. ἐφορμᾶται α 275. ἐτόλμας υ 20. ηὔδα (μετηύδα, προσηύδα) Α 92. Ε 454. Ζ 214. 343. Π 858. Ρ 431. 500. Χ 7. 37. Ω 32. λ 99. μ 20. 36. 376. φ 66. 192. ηὔδων (προς- μετηύδων) ι 345. 363. 474. 492. λ 552. μ 153. 270. ξ 484. κατεγήρα ι 510. κερῶντας ω 364. κερῶντο ο 500. κυβίστων Φ 354. κυκώμενος Φ 235. 240. 324. μ 238. 241. μετάλλα τ 115. 190. μεταλλῶσι π 287. τ 6. μυκώμεναι κ 413. νεμέσσα φ 147. νεμεσσᾶται δ 158. ξ 284. νεμεσσῶμαι Ν 119. δ 195. ο 69. σ 227. τ 264. φ 169. νίκα ν 261. νικᾶν λ 548. νικᾷς Β 370. ὁ ρ ά ω: ὅρα Ο 616. Π 646. Σ 250. ω 452. ὁρᾷ Σ 61. 442. δ 833. ξ 44. υ 207. ὁρᾶν (Ω 558). δ 540. κ 498. ὁρῶ Γ 234. ὁρῶν Ε 872. (γρ. Τ 18; ex coniectura Β 269) ὁρώμενος δ 47. ε 439. κ 181. σ 219. 344. ἐσορᾶν π 29. ἐσορῶν Ν 490. ἐσορῶσ' ψ 303. ἐφορᾷ λ 109. μ 323. ἐφορᾷς Γ 277. καθορώμενος Ν 4. — παραύδα λ 488. σ 178. πειρώμενος Ε 129. Π 590. φ 394. ψ 181. προσαυδάτω ο 440. σιωπᾶν Β 280. τρυπῷ ι 384. ὤπτων γ 34.

Pes quintus.

ἀπετρωπῶντο Σ 585. διεμοιρᾶτο ξ 434. ἔα (⏑ ⏑) Θ 399. ψ 244. εἴα σ 345. υ 284. εἰῶ Δ 55. εἰῶμεν φ 260. εἰῶσ(ι) Β 132. Υ 139. ἐπιστρωφῶσι ρ 486. ἠρᾶθ' Α 35. Ψ 194. (-ο) Κ 277. δ 761. νικῶντες Π 79. πειρώμενος Ο 359. Ψ 432. πωτῶντο Μ 287. τρωπᾶσθε Ο 666. ἀποτρωπῶμεν Υ 119.

Pes sextus.

Huius classis exempla et propter multitudinem et ut finitae formae ab indefinitis secedant, per genera modos personas enumerabo.

Activum. Praes. indicat., coniunct., optat. μεταλλῶ Α 553. ἐῷμι π 85. — μεταλλᾷς Γ 177. Κ 125. Ν 780. α 231. η 243. ο 390. 402. τ 171. ψ 99. ω 321. 478. μενοινᾷς Ξ 221.

264. β 275. 285. δ 480. ζ 180. ο 111. χ 217. νωμᾷς μ 218. — κυβιστᾷ Π 745. 749. τελευτᾷ Σ 328. Τ 90. νικᾷ Α 576. σ 404. μενοινᾷ β 34. 92. ν 381. ρ 355. φ 157. μεταλλᾷ ξ 128. ο 23. — ἐῶμεν Β 236. — ἐῶσι Ψ 73. στρωφῶσιν η 105. Adde quod revocata plena dativi forma μεγάροισι γοῷμεν Ω 664 scripsit pro μεγάροις γοάοιμεν Christius (proll. p. 142).

imperat. μετάλλα Α 550. νεμέσσα ψ 213. — particip. γοῶντες Σ 315. 355. ι 467. διφῶν Π 747. ἐρευνῶν Σ 321. ἡβῶν Μ 382. Ω 565. ψ 187. μενοινῶν Ο 293. νωμῶν ν 255. υ 257. ὁρῶντες Υ 28. (ἐφ-) ρ 487. ὁρῶσα ϑ 459. παραυδῶν π 279. περῶντα Φ 283. στρωφῶσα ρ 97. (βιβῶντα Γ 22 mutavit iure in βιβάντα collato Ν 158. 371 Bekkerus et eodem modo προβιβῶντι Ν 807 in προβιβάντι).

imperfect. ἐνώμας σ 216. — ἀλοία Ι 568. ἀτίμα φ 99. ἐγήρα Η 148. Ρ 197. ξ 67. ἐδάμνα Ε 391. Ξ 439. Φ 52. 270. ἐκολῴα Β 212. ἐνεμέσσα Ν 16. 353. ἐνίκα Δ 389. Ε 807. Σ 252. Υ 410. Ψ 756. ἐνώμα Γ 218. Ε 594. Κ 358. Ο 269. Χ 24. 144. φ 245. 393. χ 10. ἐπήδα Φ 269. 302. ἐρεύνα χ 180. ἐσύλα Ε 164. Ζ 28. Ο 524. Ρ 60. Χ 368. ἐτίμα γ 379. ξ 203. ο 365. ἐτόλμα Κ 232. Ρ 68. μενοίνα Ν 214. λ 532. σ 283. ὁμόκλα Σ 156. Ω 248. τελεύτα γ 62. ε 253. ω 126. Accedunt ηὔδα (30. Il., 53. Od.) προσηύδα (82. Il. 74. Od.) μετηύδα (8. Il., 9. Od.) secundum Seberi indicem. —, ἐφύσων Σ 470. κατέκλων Υ 227. (προσ-) ηύδων κ 418. (482). λ 56. 208. 396. μ 296.

P a s s i v u m. Praes. indicat. optat. ὁρῶμαι Ν 99. Ο 286. Υ 344. Φ 54. τ 36. — ἀᾶται Τ 91. 129. ὁρᾶται Ω 291. ὁρῷτο Τ 132. δ 226. (Μ 333 ex coniectura). — ἀλᾶσθε Κ 141. — (κερῶνται Δ 260 Bekker. Eustathium secutus, κέρωνται libri).

infinit. ὁρᾶσθαι Γ 306. λ 156. (σ 4. γρ. Ρ 646). θῆσθαι δ 89 (e θή-εσθαι contractum esse vult Curtius Stud. III 388) στρωφᾶσθαι Ι 463 (γρ. στροφάασθαι.)*)

*) In versu Κ 388 Fέκαστα διασκοπιᾶσθαι ego quoque invertere malim lectionem librorum διασκοπιᾶσθαι ἕκαστα; nec repugnat quod Ρ 252 idem verborum redit ordo (ἀργαλέον δέ μοί ἐστι διασκοπιᾶσθαι ἕκαστον): nam

imperfect. ἀλᾶτο Ζ 201. ὁρᾶτο Α 56. 198. πεpονᾶτο Ξ 180. — ὁρῶντο χ 166. ο 462. —

Numerorum conspectus.

Pes	I.	II.	III.	IV.	V.	VI. accedunt ηὔδα etc.	VI. summa
Ilias	40	30	35	55	14	73 + 120	= 193
Odyssea	31	15	40	89	7	60 + 136	= 196
summa	71	45	75	144	21	133 + 256	= 389
proportio per centesimas descripta	9,5	6	10,1	19,4	2,8		52,2

Neque vero contulisse vel numerasse has formas sufficiet sed per singulos quoque terminos perscrutandas esse censeo. Et hac in re multum refert utrum suffixi initium producta sit vocalis an correpta: nam si longa syllaba insequebatur, facillime antecedens α thematis vocalis hauriri poterat; sin autem brevis, interdum dubitari licet, utrum α thematicum contractioni restiterit an contractae formae sint necessariae. Prioris generis termini, qui quidem contractiones postulent, hi sunt:

-ω, -ωμεν, -ωσι, -ωμεσθα;

-ων, -οντος, -οντι etc., *οντjα *ονσα -ουσα, -οντο, *-οντι ουσι;

-οι, -οιμι, -οιεν, -οιτο, -οιατο;

-εις, -ει, -ῃς, -ῃ.*)

quod v. 250 γρ. ἕκαστα (Didym., Harl.) traditur ad v. 252 pertinere intellexit Christius; igitur huic quoque versui Fέκαστα διασκοπιᾶσθαι reddendum censeo, eum vero qui insequitur, 253 opus esse interpolatoris, qui vv. Ν 736. Υ 18 male spoliavit.

*) -εο terminus uno in versu σ 176 in forma ἠρῶ (ex *ἠρά-ε-σ-ο *ἠρά-εο) adicitur: solutam formam ἠράεο vel ἠράε' restitui per versum licet.

Contra in illis terminis qui a correpta incipiunt vocali, multum interest utrum α et ο an α et ε coeant: nam has aegre in ω coalescere ob nimiam dissimilitudinem apud Homerum exempla φάος γήραος μάρναο docent, illas libentius conflari inde concludas quod α (proprie αj) tenuem illam ε facile absorbebat ut in formis Homeri aetate inferioribus ἆ(ε)θλον ἀ(ε)ργός ἄ(ε)κων. Suffixa vero haec ab ο incipiunt:

-όμην: exempla duo ἠρώμην μ 337[1] et ἠλώμην δ 91[1]. ν 321[1], nisi spondeum tueri in prima sede mavis, per versum solvere licet.

-όμεθα: unum μνώμεθ' ω 125[1] in carmine recentissimo.

-όμενος: haec participia (ὁραόμενος ⏑⏑⏑⏑⏑) procul dubio ipsis versuum legibus coacti conflare debebant antiquissimi poëtae qui sibi eandem licentiam etiam in participiis verborum in -έω condonabant.

-ομαι: quinquies in fine hexametri excusatur formula ὀφθαλμοῖσιν ὁρῶμαι (N 99. O 286. Υ 344. Φ 54. τ 36), quae quidem semel (X 169) prius hemistichium factum est; contra νεμεσσῶμαι sexies (N 119. δ 195. ο 69. σ 227. τ 264. φ 169) solvere liberum erit.

-ομεν: unum ὁρῶμεν κ 99.

-ον: huius suffixi solutae formae inveniuntur quattuor: κατεσκίαον μ 436. πέραον Π 367. ὕλαον π 5. ἐπέχραον Π 352. β 50. Neque has stabilitis in formulis accepisse Homerum Mangoldius nobis persuadebit. Accedit quod etiam imperativi terminus -(σ)ο cum antecedente a vocali aut non contrahitur ut in μάρναο ἵψαο, aut quibus locis contractus videtur evitari potest, id quod infra exponemus. Igitur operae pretium videtur inquirere, quatenus contractio ων ex αον ante consonas necessaria sit, quatenus ob vocalem insequentem effugi possit: solutas formas quas quidem numeri admittunt in editione Payne-Knightii inveni, in Iliade Nauckii plerumque propositas; quamquam hic editor sic fluctuat, ut alia verba, (ὥπτων φοίτων)

dissoluerit quidem, sed inclinasse ea in stirpes quae in -έω exeunt (ὤπτεον φοίτεον) maluerit.

εἴων Σ 448. π 362: ἤFαον Payne-Knightius; ι 468. λ 49. 88. 232: ἐFαον idem.

νίκων Ο 284: νίκαον idem.

τόλμων Μ 51': τόλμαον idem; «τόλμεον» apud Nauckium proponitur.

ἧμων Σ 551: |-αμαον Payne-Knightius, ἧμαον N.

ἀτίμων φ 28: ἀτίμαον; ἀτίμεον edit. Florent., P. (Meermann.) Stuttgart. ἀτίμασαν Nauckius.

(ἐ)φοίτων Β 779. κ 119. ξ 355. ι 401. λ 42. μ 420 ω 415: φοίταον ubique solvere licet, φοίτεον ubique apud Nauckium proponitur.

ὤπτων γ 33. μ 363: ὤπταον; ὤπτεον apud eundem.

τρώχων ζ 318: solve τρόχαον; τρεχέτην Callistratus.

ἐνώμων κ 32. υ 252: ἐνώμαον Payne-Knightius.

ηὔδων ι 345. 492. μ 153. 270. ξ 484: ηὔδαον idem.

κυβίστων Φ 354: κυβίσταον idem; κυβίστεον apud Nauckium; solutam formam numerus commendat.

γελοίων υ 347: γελοίαον Nauckius; (γελώων ACGINQV; γελῴων D.*)

Contra contractus terminus -ων necessarius est septies in exitu: ἐφύσων Σ 470 in recenti carmine ὁπλοποιΐας, κατέκλων Υ 227 in oratione Aeneae, de qua p. 23 verba fecimus; tum in Odyssea ηὔδων κ 418 (482). λ 56. 208. 396. μ 296. Praeterea in medio versu nullus apparet nisi in carminibus recentioribus: in Presbea ἐνίκων Ι 130. 272; in carmine ultimo Ω 696 οἳ δ' εἰς Fάστυ ἔλων (an οἳ δὲ πόλινδ' ἔλαον?); in Telemachia ὤπτων γ 463, ἔλων δ 2, ἀνειρώτων δ 251; in cetera

*) γόων κ 567 vel in γόον exemplo v. Ζ 500 et λόον hymn. I 120 vel cum Fickio hom. Od. p. 2 in γόαν mutaverim; γόον non mutat Curtius, Verb. II 15. Praeterea adde ἀπηύρων αὐτὰρ Α 430, ubi ἀπηύραον solvere liberum est.

Odyssea προσηύδων ι 363. 474. λ 552.*) Concedendum igitur est, ubi vocales α et ο concurrebant, Homeri aetate contractionem non adeo fuisse vulgatam, sed plerumque vitari, interdum nasci videri.**) At certissimis indiciis conflatio vocalium α et ε coarguitur in suffixis:

-ε imperativi, -ε(ν) imperfecti; nam etsi nonnunquam εἴαε ηὔδαε, εἴα' ηὔδα' (⏑́ ⏓ ⏓, ⏑́ ⏑) numeri admittunt, saepius tamen ut in ἔα, ἐξαύδα (⏑ ⏑́, ⏑́ – ⏑́) cum sub ictu sit α vocalis, recalcitrant.

-ες: distractio in tribus vocabulis εἴας Ε 818[2]. τ 25[3]. ἐτόλμας υ 20[4] ut libera ita veri dissimillima.

-εν (-ειν) infin.
-εται
-ετο
-ετον
-έτω
-εσθε -εσθαι

} in quibus nulla licet distractione uti.***)

His quaedam de formis singularibus addenda. Verbi ζάω unum exemplar ζῶντος occurrere in versu Α 88 p. 93 memoravimus; omnibus aliis locis ζώειν usurpatum invenias, id quod hic quoque e versu π 439 (ζώοντος γ' ἐμέθεν) reponere et insequentis versus initium conformare «οὔ σοί τις παρὰ νηυσί» haud scio an satius sit.

Duales φοιτήτην προσαυδήτην συλήτην ἀπειλήτην συναντήτην (δορπήτην) ὁμαρτήτην) et infinitivos ἀλήμεναι καλήμεναι alios non

*) Adde ἀπηύρων Ι 131. Τ 89. Ψ 560. 808. ν 132 in exitu versuum recentiorum.

**) Neque mirum videtur si eadem verborum classis eodem tempore contractas et solutas habet formas: constat Atticos in disyllabis τρέω ζέω vocales ε et ο contrahere noluisse, ε et ε (ει) contraxisse.

***) Suffixi -εαι exempla dubia, πειρᾷ Φ 459 (πειρᾷς L. Lips. Harl. Vrat. b. A) Ω 390. 433, (πεῖραι papyr. «πείρα'» ap. Nauck.); Roemer in ann. phil. CXVII p. 234 in v. 390 imperativos πείρα et εἴρεο scite poscit, cum sensum esse censeat: «de filio tuo infelici plura tibi referre possum: age experiare, quaere ex me de Hectore».

contractos esse sed archaismos aeolicis e carminibus sumptos contendit G. Hinrichsius, de Hom. elocut. vestig. aeol. p. 129, simili modo cognatos aeolicae dialecto esse censet Christius, proll. p. 147*); oblocutus est Sittelius (Philol. XLIII p. 6), cum nihil obstare diceret, quin aut solutas aut recte contractas formas legeremus loco ἀπειλήτην δορπήτην: sed primum quid de infinitivis in -ήμεναι nobis faciendum sit, silentio praetermisit, tum, id ipsum quod insoliti illi duales non ad exemplum vulgaris contrahendi moris (cf. inprimis νεμεσᾶτον Ψ 494) mutabantur, inde factum videtur, quod eos, sive aeolicos dicas sive priscae graecitatis proprios neque rhapsodus ullus neque redactor tentare ausus est.

Participium χρεώμενος Ψ 834[1] aeque ac μεμνέῳτο Ψ 361 epenthesin vocalis ε in recentiore Iade usitatam habere opinatur R. Kuehnerus in gramm. gr. § 248 adn. 6 d (v. § 251,5): recentem igitur formam χρεώμενος, quam Nauckius ut suspectam notavit, haud scio an non ferre possim. Siquidem χράω (oraculum 'promere, ἀνελεῖν') et χράομαι (ad usum suum promere) eiusdem verbi genera sunt (v. Curt. Et.[5] p. 200), ut epica forma verbi χράω est χρείω (ϑ 79), ita verbi χράομαι χρείομαι sit necesse est; quae cum ita sint, in versu Ψ 834

χρεώμενος· οὐ μὲν γάρ Fοι ἀτεμβόμενός γε σιδήρου haud scio an mihi Payne-Knigthii exemplum sequi liceat, qui «χρεFόμενος (i. e. χρειόμενος sive χρηόμενος)· οὐ γάρ Fοι› scripsit; ceterum quod haec forma in versibus recentiori carmini additis legitur, mutare multi iure verebuntur.

Tum Nauckius (Bullet. de l'académie t. 26, 1880 p. 301 sq. = Mél. Gr.-Rom. IV, 586 sq.) observavit non sine librorum adminiculo in locum verborum στρωφάω τρωχάω τρωπάω verba στροφάω τροχάω τροπάω diductis scilicet formis omnibus praeter unum locis succedere posse:

*) G. Curtius (Stud. III, 386 sq.) has formas ita contractas esse autumat ut themata in -η subsint: *φορη-έμεναι, — φορήμεναι, *συαντη-έτην-συναντήτην.

στρωφάω Θ 348 (στρόφαεν defendi potest formis λάε τ 230. φάε ξ 502). I 463 (στροφάασθαι var. l. Eust.) Υ 422. ζ 53 = 306 = ρ 76, in formula ἠλάκατα στρωφῶσ'; ρ 486. φ 394.

τρωχάω: X 163 et ζ 318 (τρεχέτην Callistr., v. s.) formulae fuisse videntur.

τρωπάω: I 500 (forma παρατροπόωσ' spondiacus vitatur). Λ 568 = O 666, formula. Π 95 (τροπάασθαι ACLS Lips. Mor. Harl. Vrat. b; var. l. Eust.) Σ 585. Υ 119 (ἀποτροπόωμεν S. Cant.). π 405 (ἀποτροπόωσι L = Vind. 5, M = Ven. Marc. 613 'praestantissimus'). τ 521. φ 112. ω 536. [τροπάω quater: B 295. Σ 224. δ 465. ι 465].

Originem horum verborum inde petendam censet Nauckius, quod veteres grammatici — cf. Eust. p. 764, 2. 1047, 32 — verba pura a verbis barytonis disyllabis (στρέφω τρέχω) profecta, si iis άω exitus esset, longam stirpis vocalem (ut in νωμάω) arrogare existimaverint. Ego cum diductas formas vel assimulatas quas Nauckius poscit, Mangoldii illi legi non obstare videam, quod plerumque in formulis apparent, non modo has distractiones Nauckio concedam, sed etiam quod N 557[1] στρωφᾶτ' in «ἐστρέφετ'» exemplo ἐστρέφετ' Ω 5 mutavit; nisi forte quis originem vocalis ω in eiusmodi verbis clara in luce ponere poterit.

Verbum ἐάω quandoquidem proprie esse videtur vel *σεϜάjω (L. Meyer in K. Z. IV, 169) vel *ἐσϜάjω (Kraushaar in Curt. St. II 429), diphthongum ει in formis εἰῶ Δ 55, εἰῶμεν σ 420, φ 260, εἰῶσι B 132. Λ 550. P 659. Υ 139 cum fide codicum aut omnium aut plurimorum iure defendit Christius (proll. p. 115. 177) contra diductiones ἐάᾳ ἐόωμεν ἐόωσι, quae a Bekkero (hom. Bl. I 48) et Nauckio (Mél. Gr.-Rom. IV 488 sq.) probantur; idem revocata illa ει diphthongo multis locis (B 165. 181. P 16. X 339 etc.) hiatum tolli docet. Adstipulor ego quoque, cum attica εἴων εἴασα intellegere nequeam, nisi medium digamma infuisse statuero, quod in aeolico impe-

rativo εὔασον et in Hesychii illo «ἔβασον· ἔασον, Συρακούσιοι» luculenter inest. Igitur si in formis praesentis ει diphthongum numquam in arsi esse Nauckius advertit, hoc casui tribuendum duco. Verum etsi de diphthongo lites movere fas erit, tamen iuxta εἰάω ἐάω formas per synizesin cogendas ἐᾷ E 256, ἔα χ 77, ἐῶμεν K 344, ἐάσουσιν φ 233 apud eundem poëtam legi nemo tolerabit, licet vel Bekkerus eas exemplis Atticorum (Soph. Ant. 95. O. C. 1192. Arist. Eccl. 784) defendere sit conatus, hom. Bl. I 213: immo cum Nauckio has et Atticas esse correptiones et in Homero corrigendas esse statuemus.

Ψ 77 οὐκ ἔα εἰπέμεναι: εἴα (F)εἰπεῖν ACEN, quos secuti sunt Bekkerus (in appendice critico) et Nauckius; an «Fειπέμεν οὐκ εἴα»?

K 344: ἀλλ' ἐῶμέν μιν πρῶτα libri: ἀλλ' ἐFάωμεν πρῶτα Payne-Knightius, ἀλλ' ἐόωμεν πρῶτα Nauckius, ἀλλ' εἰῶμεν πρῶτα Bothe, ἀλλά F' ἐῶμεν πρῶτα Christius, qui ad veritatem procul dubio proximum accessit.

φ 233: οὐκ ἐάσουσιν ἐμοί libri; οὔ μοι ἐάσουσιν correxit Payne-Knightius. Restat una forma in versu graviter corrupto:

E 255. 256: ὀκνείω δ' ἵππων ἐπιβαινέμεν, ἀλλὰ καὶ αὔτως
ἀντίον εἶμ' αὐτῶν· τρεῖν μ' οὐκ ἐᾷ Παλλὰς Ἀθήνη.

Hoc in versu τρεῖν cum τρέσ-ειν sit, intolerabile esse Nauckius iure monet (Mél. IV 489); accedit, quod infinitivi contracti praeter νεικεῖν Υ 252 in spuriis versibus et προτιειλεῖν K 347 e. in Dolonea nullum est Iliadis exemplum. Igitur iam Ahrensius (Phil. VI 29) eiecto Palladis nomine sic diduxit

ἀντίον εἶμ' αὐτῶν· τρείειν μ' οὐκ εἴα Ἀθήνη.*)

Oblocutus huic optimo iure Nauckius, dum formam τρείω apud posteriores poëtas (Tim. Phlias. fr. 9, 4. Oppian. Cyneg. ed. Schneider 1, 416. 4, 117. Tzetz. Anteh. 315), non apud antiquos apparere demonstravit; cui assentitur G. Curtius

*) Imperfectum non male defenditur, cum et ad vv. 120 sq. referri possit et ἔα Ven. A, Eust. [Et. M. 637, 31, Draco de metr. 71, 16, Herodian.] praebeant; ἐᾷ D, dett., Ariston.; ἐᾶ C.

(Verb. I, 299) et G. Meyerus (gramm. gr. § 513) qui verbum τρείω ad exemplum verborum θείω πλείω fictum esse asseverant; quamquam etiam ad analogiam νεικείω πενθείω τελείω fingi potuisse contendo. Expectat igitur Nauckius «τρέεμεν μ' οὐκ εἴα 'Αθήνη.» Equidem, cum «οὐκ ἐάᾳ» formulam saepius usurpari vidissem, olim

«τρεῖν μ' οὐκ ἐάᾳ γὰρ (sive ποτ') 'Αθήνη»

proponebam. Nunc video, quam male: primum τρεῖν non minus suspectum quam ἐᾶ͡ᾳ, tum γὰρ particula quinto loco posita etsi exemplis e comicorum fragmentis haustis (Menand. et Phil. fr. ed. Meinecke p. 26. 35. 366. 374. 384. 413 [fr. 46]) defendebam, tamen in Homero tale quicquam nullo modo licere me docuit Bekkerus, hom. Bl. I, 286 adnot. Igitur alia emendandi via ineunda est. Et illud luce clarius est si formae τρεῖν et ἐᾷ diducendae erunt, unum vocabulum e versu tollendum esse. Neque vero Παλλάς eiciam, ut Ahrensius: tales enim versuum clausulas mutilare temeritas est. Quid restat? Nimirum αὐτῶν illud per se suspectum, cum non ad ἵππων quod antecedit sed ad Pandarum et Aeneam (vv. 246. 247) spectet. Etenim ἀντίον εἶμι etiam genetivo caret, ut in versibus Z 54. P 67. 257 (La Roche, Hom. Stud. p. 63 sq.); itaque propono: . . . . . «ἀλλὰ καὶ αὔτως

ἀντίον εἶμι · τρέειν μ' οὐκ εἰᾷ Παλλὰς 'Αθήνη.»

Erunt quos interpunctio post secundum trochaeum offendat: sed hanc in Homero non ita raram occurrere intellegas e versibus quos Gerhardius in capite nono 'lectionum Apollonianarum' (p. 208 sq.) congessit, modo maiore interpunctione insignes modo minore: A 356 (I 111). Δ 53. H 236. I 675. K 99. 496. Ξ 71. P 167. Σ 244. T 417. Φ 78. X 108. (ζ 285). α 387. ε 287. κ 292. 517. ν 89. ξ 444. σ 53. τ 377. ω 339. Diphthongum ει in εἰᾷ supra defendi; ceterum si quis εἴα cum Ahrensio maluerit imperfectum idque ad vv. 120 sq. referat, ne ipse quidem recusabo.

Egisse de verborum in -άω formis Homericis etiam Chr. Cavallinum comperi in diurnis 'Nordisk Tidskrift for Filologi.' (Ny Raekke, Sjette Bind, Kobenhavn 1883—4, p. 271—303). Hoc in commentario vir doctus postquam summatim de quaestionibus ad Homerum pertinentibus praefatus est, primum quam rationem inter formas verborum in -άω contractas diductas solutas intercedere ipse censeat, exponit[1]), tum quid de assimulatis formis et Goettlingius L. Meyerus G. Curtius et qui illis adversati sunt, I. Wackernagelius et A. Fickius statuerint, refert et percenset, denique sententiis Fickii refutatis se quoque, ut Christium, L. Meyeri sententias

[1]) p. 283 sq. «Fürs Versmass sind die unveränderten und die zerdehnten Formen gleich; aber vergleicht man die zwei Arten, nemlich die contrahirte und die nichtcontrahirte, miteinander, so lässt sich erkennen, dass sie sich hinsichtlich des Verses einander ersetzen und ergänzen, weil diese oder jene Art nur unter gewissen Verhältnissen in den heroischen Versen anwendbar ist. Diese Verhältnisse sind folgende:

a) von einsilbigen Verbalstämmen im Activ kommen nur die unveränderten offenen Formen vor (φάε λάε), ebenso von κραδάω und ναιετάω.

b) die Verba, deren Stamm vor α einen Trochäus hat, können nur als offene oder diektatische Formen angewendet werden, z. B. ἀοιδιάουσα, τηλεθόωσα, nicht ἀοιδιῶσα, τηλεθῶσα.

c) Wenn dagegen vor kurzem α eine lange oder zwei kurze Silben vorhergehen, sind nur kontrahirte Formen anwendbar, weil sonst gleichfalls Trochäus oder Tribrachys in den daktylischen Vers kommen würde, so πειρῶντο προσηύδων ἀρετᾷ ἀλώμενος, (nicht προσηύδαον, wofern nicht ein Vocal folgt, πειράοντο ἀρετάει (ἀρετάᾳ) ἀλαόμενος.) —

Dergestalt verhalten sich die unveränderten und die sogenannten erweiterten Formen durchaus gleich gegenüber dem Vers und den contrahirten Formen. Indess kann nicht von allen zerdehnten angenommen werden, dass sie auf gleiche Art oder durch einfache Wiederholung des Contractionslautes entstanden sind; und da sich in dem einen oder andern Falle die vorausgesetzten contrahirten Formen nicht vorfinden, wie νηπιᾶς zu νηπιάας oder μενοινῇσι zu μενοινήῃσι, so könnte man es mit Fug und Recht als richtiger ansehen, die sogenannten erweiterten Formen ohne Rücksicht auf die contrahirten als die phonetische Modification der unveränderten offnen zu erklären. Die allermeisten zer-

sequi affirmat[2]). Duas particulas huius dissertationis, quam parum adhuc notam esse puto, in adnotationibus vernaculo sermone expressas subieci.

---

dehnten Formen unterscheiden sich von den unveränderten thatsächlich dadurch, dass sie zwei gleiche Vocale enthalten, letztere dagegen zwei ungleiche. Sind nun die letzteren in der Hauptsache ursprünglich, so sind die ersteren natürlich durch Assimilation entstanden».

Vides eam rationem inter varias formas intercedere ei videri, ut poëta metrica quam vocant necessitate modo solutum vel assimulatum modo contractum verbum adhibere cogatur. Quae opinio quam sit caduca, ex ipsius verbis intellegas, cum ei in primo ordine duo κραδάω ναιετάω, in tertio προσηύδων (cui omnia fere imperfecta addere debebat, v. p. 123) eximenda essent. Omnino metricae rationes nullum in poëtam tantum unquam valuere, ut contra sermonem aequalium et popularium inaudita et insueta moliretur.

[2]) «Fick's Hypothese bezüglich dieser Formen (Odyssee p. 2) ist die letzte Phase in dieser Frage, weil Christ's Ausgabe der Ilias (wenigstens bis auf ihre Ausarbeitung) nicht jünger ist als die Fick'sche Odyssee und zudem im Wesentlichen auf L. Meyer's Standpunkt in dieser Hinsicht steht. In Uebereinstimmung mit diesem Verfasser glauben auch wir, dass die Assimilationstheorie ihre Rolle nicht ausgespielt hatte oder hat; wenn auch Einzelheiten in seinen Erklärungen in Frage gezogen werden können, dürfte doch so viel feststehen, dass der Eintritt zweier gleicher Buchstaben an die Stelle zweier ungleicher der Zeit angehört, da die Contraction in ihrem Werden und ihrer Entwicklung war, nicht der, da sie seit einem Jahrhundert in den Verbis auf -άω als sprachliches Factum sich festgesetzt hatte; nur so dürfte sowohl das unbestimmte Schwanken zwischen den drei Typen dieser Verba, welche die homerische Sprache aufweist, seine Erklärung finden, als auch das Factum, dass die sog. Distraction sich innerhalb der Contrahirten (Formen) hielt, d. h. innerhalb der Gränzen von ursprünglich mehr als zweizeitigen Silben (-άεις = ⏑ ⏓⏑), und nicht willkürlich zur Füllung von Verslücken angewendet wurde.»

VII.

De verbis contractis in -έω desinentibus.

Longe aliam esse causam verborum in -έω exeuntium et tituli demonstrant et recentioris Iadis usus et ipsa Homeri

carmina. Et titulos quidem, ubi vocalis ε cum ε η ει concurrit, — nempe in formis ἐποίειν προθῆτα[ι] ἐπικαλῇ ἐπικαλεῖν [ἐπεστ]άτει sexti vel quinti saeculi et δοκῇ ἀδικεῖν (bis) τελείτω ἐπιτελεῖν saeculi quarti, — extra omnem dubitationem contractas habere formas (praeter unum δέηται in titulo Olynthio, id quod per se patet) docuit Erman, de titul. ion. dial. (Curt. Stud. V, 288); addidit dialectum Milesiam, cuius unum illud ἐποίειν servatur, 'si non omnes eiusmodi formas tamen eas, in quibus tertia vocalis illis antecedebat, contraxisse'. Attamen apud Herodotum talis contractio a Bredovio (dial. Herod. p. 372), Abichtio (quaestt. de dial. Her. specim. I p. 20), Dindorfio (praefat. p. XXIX) prorsus damnatur: et quamquam codicum auctoritas multas contractiones tutatur, ut ἀγνοεῖν ζητεῖς ὤθει (v. Kuehner, Gr. Gr. § 251. 2), tamen ubique formae solutae vel invitis libris ab eisdem restituuntur. Vehementer igitur indignatur Udalr. de Wilamowitz-Moellendorff (Philol. Untersuch. VII, 315), quod editores Herodoti monstra δοκέει ἐποίεε κέεται nondum intellexerint. Ut illi concedendum est in Herodoti libros per inversum quendam μεταχαρακτηρισμόν vetustioris Iadis formas irrepsisse, tamen librorum fides non prorsus abicienda: sic quod fere semper ῥέει ῥέειν πλέειν πνέειν ἔδεε exhibent, formas horum verborum, quorum stirpes olim digammo finiebantur, recte nobis esse traditas censebimus. Aliter res se habet in concursu vocalium ε et ο: et titulorum formas, quarum tres solas in titulo ante annum 400. a. C. scripto Ermanus affert (Curt. St. V, 292) scilicet τιμουχέοντας τελέοντας ἐθεόρεον*), diductas habere vocales videmus; et apud Herodotum quinque verborum, in quibus termino -έω vocalis antecedat, ἀγνοέω διανοέομαι νοέω θηέομαι ποιέω, ε et ο (ου) in ευ coalescere ob nimium vocalium concursum Abichtius (l. l. p. 20 sq.) observavit, ceterorum, cum modo solutae modo contractae formae in libris inveniantur, solutas

*) adde e. g. γεγωνέοντες (Roehl. IGA, 381 = Cauer² 496 b 10) ἀδικεόμενον haud dubie atticum esse Erman l. l. intellexit.

multo praevalere, quin etiam quinque illorum verborum formas diductas ἐπενόεον (5, 65), ποιέουσαι (1, 93), ποιέοντος (1, 159) librorum consensu exhiberi.

Igitur si formas in Homeri carminibus contractas perlustrabimus, primum illud tenendum erit, quod ε vocalis cum insequentibus ε ει η utique in unum coire poterat, contra ε et ο in ευ confundi nisi omnino non licebit, tamen ut et rarissimum sit et excusetur ullo modo necesse erit; dein qua in versus sede contractio exstet observandum est, siquidem maxima earum pars in extremis versibus extat; tum utrum in vetusto carmine an in recenti suspecta forma occurrat; quartum quas formas solvi per versuum numeros liceat, quo iure et modo quae recalcitrent emendare possimus; denique quantum metricae illi necessitati his in formis sit tribuendum.

Pes primus.

Solvendae omnibus locis iam Payne-Knigthio videbantur*) et in editione Nauckii ubique, in Christii Iliade saepenumero solutae formae commendantur hae: ἄγρει Ε 765. Η 459. Λ 512. Ξ 271. φ 176. ἀγρεῖθ' υ 149. αἰδεῖται ρ 578. αἰνεῖτ' Θ 9. αἱρείτω Β 34. Κ 192. δορπείτην ο 302 (δορπήτην rectius Bekkerus cf. p. 124). εἴλει τ 200. ζήτει Ξ 258. ζώγρει Ζ 46. Λ 131, ζωγρεῖτ' Κ 378, adde ζώγρει Ε 698 elidendum (ζώγρε'). ἡγεῖτ' Μ 28. π 397. ᾕρει Ω 5. ι 373. ᾑρεῖτ' φ 40. θάρσει Δ 184. Θ 39. Κ 383. Ο 254. Σ 463. Χ 183. Ω 171. β 372. δ 825. ν 362. π 436. τ 546. ω 357; θάρσει elidendum χ 372 (θάρσε'). κάλει elidendum (κάλε') κ 231. 257. 314. μυθεῖτ' Ψ 305. μυθεῖται λ 345. ρ 580. νεῖται ξ 152. ποίει Σ 478. ποιεῖτ' β 126. ποίει elidendum (ποίε') ε 253. πωλεῖτ' ι 189. πωλεῖται δ 384. ῥόχθει ε 402: ῥόχθεε Nauckius. τάρβει Δ 388. η 51. ταρβεῖ Μ 46. Φ 575. ὤθει Φ 241.

*) Hic enim primus quantum scio in editione sua carminum Homericorum (Londin. 1820) diductas formas non solum eas quas numeri admittunt, sed invitis quoque versibus ubique in textu perscribendas curavit, cf. p. 7.

Nec sine codicum fide ea distractio: ᾔδεε Λ 330, P 402. ᾔτεε N 365. X 295. β 387, ὤδεε ε 455. Praeterea procul dubia distrahenda imperfecta ποιεόμην l 495. πωλεόμην χ 352. ἱκνεόμεσθα ω 339; nam ἡγεόμην E 211[1] consensu librorum distractum traditur. Ceterum dubitationem audio viris doctis et amicis inici lege illa a Bekkero (Hom. Bl. I, 138) inventa et a Ludwichio (Aristarchs Hom. Textkrit. II, 334) magnopere aucta, qua Homerum in primo pede praetulisse spondeum docemur. Sed etiam si plus quam illi huic legi tribues, solutas tamen formas iis locis mihi condonabis, quibus neque interpungitur post primum pedem et contractione numeri impediti et quasi σπονδειάζοντες fiunt, id est, si altero in pede spondeus sequitur, ut B 43. K 192. O 254. Σ 463. 478. β 126. δ 384. ν 362. π 397. 436. υ 149. φ 40. 176. χ 352. ω 357, vel duo spondei antecedunt, ut (N 365.) π 397. τ 546.

Emendanda relinquuntur vel excusanda:

αἰδεῖσθαι A 23. 377: facillime in αἴδεσθαι mutaverim cum huius verbi formae αἰδόμενος et ᾔδετο saepe usurpentur.

νεικεῖ καί τέ με φησί, A 521: legendum esse censeo aut νεικέει ἠδέ με φησί aut νεικέει· ἤ τέ με φησί; coniunctionis ἤ τε exempla p. 15 collegi.

ἤσκειν εἴρια Γ 388: corrige ἤσκεε Fείρια; ἤσκεεν εἴρια Payne-Knightius.

θαρσῶν νῦν E 124: «νῦν θρασέων» p. 24 proposui.

ἄφρεον δε στήθεα Λ 282: ἀφρίαον apud Nauckium proponitur, vox Oppiani (Hal. 1,772); Christii coniecturam στήθεα δ' ἀφρεέτην iam laudavimus p. 78.

οἴκεον δ' ἐν Πλευρῶνι Ξ 116 etsi in carmine admodum recenti extat, quod ἀπάτῃ Διός praemittitur, tamen Nauckii coniecturam ναῖον et hoc loco et alio praeferendam esse videbimus.

γηθεῖ Ξ 140 ibidem extat, tamen γηθέει ἐν στήθεσσι iure Payne-Knightius correxit, cf. E 513.

ταρβεῖ, ἐπειδάν libri N 285; ἐπεί κεν Bekkerus, ἐπὴν δή Thierschius; «ταρβέει, αἴ κεν» ego praetulerim.

εἷλει ἐνὶ σπέεϊ μ 210; malim εἷλεεν ἐν σπέFεϊ aut εἷλεν ἐνὶ σπέFεϊ.

ἔθει μ 407 libri plerique, sed ἔθε' recte Q.V. Scribendum esse «ἡ δ' ἔθεF' οὐ μάλα» Payne-Knightius intellexit; conferendum imprimis est λό' i. e. λόF' κ 361.

Cetera in recentiore Iliade aut in Odyssea apparent:

θηεῦντο Η 444 in versibus 443—464 a Zenodoto Aristophane Aristarcho damnatis.

ὠρχεῦντ' Σ 594, in vv. descriptioni clipei additis (v. Clemens, de Hom. clip. p. 27).

νεικεῖν Υ 252 et νεικεῦσ' 254 in pugna Achillis cum Aenea, cuius vv. 213—255 et strophice compositos et Hesiodeis sententiis refertos esse p. 23 exposui.

ὀχλεῦνται Φ 261, in versibus qui Theomachiae antecedunt. — In Odysseae partibus recentioribus inveniuntur:

πλέων α 183; quod cum proprie πλέFων sit, haud scio an iure Nauckius «πλώων Fοίνοπα πόντον» coniecerit, Mél. Gr.-Rs. III 267: quamquam in Telemachia hoc ferendum esse duco, praesertim cum δ 474 eadem locutio (πλέων ἐπὶ Fοίνοπα πόντον) redeat.

ὠρχείσθην θ 378; totum carmem θ inter recentissima rettulit Kirchhoffius, vv. 84—520 Christius, proll. p. 94. In ceterea Odyssea:

ἡγεῖσθαι ν 65. ἡγείσθην ξ 470. ταρβεῖς σ (331). 391.

Pes secundus.

Formae quas versuum permissu Payne-Knightius solvit, solutas Nauckius commendavit:

ἀναχωρείτω Δ 305. Λ 189. ἀννεῖται κ 192. ἀρνεῖται α 249. π 126. ἀφαιρεῖται Α 182. ἐξαιρεύμην ξ 232. ἐπιδινεῖται υ 218. ἐφομαρτεῖτον Θ 191. Ψ 414. (-τε) Μ 412. ζεῖ Φ 362. ἡγεῖτο Ν 802. ᾕρει Ρ 463. ἠρνεῖτο Ψ 42. ω 126. κόμπει Μ 151*)

*) Christius (proll. p. 121) diductam formam reponere veretur,



κόνει δ 522, elidendum (κόνε'). μυθεῖαι ϑ 180. μυθεῖται ρ 514. νεῖαι λ 114. μ 141: νέεαι Nauckius, Mél. Gr.-Rs. IV, 99. Sed altero quoque pede cum spondeum Homerus magis quam recentiores poëtae adamaverit, fidenter eos solos locos corrigendos duco, quibus contractis formis non solutis iusto graviores numeri evadunt, velut P 463: ἀλλ' οὐχ | ᾕρει | φῶτας, ὅτε σεύαιτο διώκειν.

formae emendandae:

ἀποαιρεῖσθαι A 230: vulgatae huic formae priscam ἀποαίνυσθαι cessisse probabile est.

ἠπείλει O 179: pendet haec forma a v. 176, in quo σε κέλεται AC Lips. (corr. κέλεταί σε), σε κέλευσε Eust. Syr. Cant. Townl. habent: iure La Rocheus σ' ἐκέλευσε collato B 28. 65 scripsit: hoc si tenemus, etiam «ἠπείλησε καὶ αὐτός» scribere debebimus; (cf. ἠπείλησε Θ 415). At si alteram lectionem κέλεταί σε, non minus probatam, cum praesentia φησί ὄϑεται sequantur, praeferemus, mutandum erit «κεῖνος ἀπειλέει αὐτός». Utut est, corruptus locus videtur.

ὣς τότε σοι, Μενέλαε διοτρεφές, ὄσσε φαεινὼ | παντόσε δινείσθην, P 680: praeopto δινεέτην, cum etiam activum reflexivo sensu accipiatur, v. Δ 541. Σ 494. 606. Ψ 875. Ω 12. δ 19. τ 67. Solutam formam numerumque vivacissimum res quae describitur tantum non exigit: nam etiam ille qui antecedit versus ὁλοδάκτυλος est. —

formae propter versum necessariae:

οἰνοχόει (– ⏑ ⏑ ⏑ ⏑) A 598. ο 141. ἐφόρει (⏑ ⏑ ⏑ ⏑) O 530. [an τὸν φόρεεν?] δ 510. ε 327. ἐκόει (⏑ ⏑ ⏑ ⏑) T 117. ἐφίλει (⏑ ⏑ ⏑ ⏑) η 256. μ 450. ρ 111. Quae relinquuntur, iterum in partibus recentioribus invenias: aut in navium catalogo,

cum plenus sonus spondei adeo cum tumido aeris fragore congruat; ego solvere ideo non dubito, quod in aliis sonandi verbis ut κοναβεῖν ἀραβεῖν σμαραγεῖν sonum syllabis correptis depingi video.

ἡγείσθην B 731, ἐξηγείσθω B 806, — aut in clipei Achillis descriptione, ἠγίνεον Σ 493, ὡμίλεον Σ 539, — aut denique in Odysseae carminibus novissimis δοκεῖ β 33. ἡγείσθω φ 134. μυθείσθην γ 140. ἀρνείσθω ϑ 43. ἠρίθμεον κ 204. ἐγκοσμεῖτε ο 218; unum ἠρίθμει ν 218 in parte vetustiore. Residua una forma αἰδεῖο i. e. αἰδέ-εο (imperat.) Ω 503, ι 269 — librorum pars cum assimulatione αἰδοῖο —, quae quidem ad analogiam ἐρεῖο (i. e. ἐρέ-εο, Curt. Verb. II 47, libri vitiose ἔρειο) et σπεῖο (σπέ-εο) facta videtur.

Pes tertius.

Paucae formae solutionem patiuntur, quarum contracta syllaba in thesi est: τρεῖτ' P 332: τρέετ' Ahrensius, Phil. VI, 29. νεῖτ' δ 633: νέετ' Nauckius Mél. Gr.-Rs. IV, 99. Adde κάλει N 740 (◡ ◡) in κάλε' et ὑλάκτει υ 16 in ὑλάκτε' elidendum.

Dubia multa et corrigenda, partim iam correcta:

αἰδεῖσθε E 530. O 562: αἴδεσθε transcribo, cum insequatur αἰδομένων.

εἰλέωσι B 294, εἷλει Θ 215, εἰλεῦντο Φ 8, εἰλεῦντα λ 573 vitari posse video, cum verbi εἴλω participium εἰλόμενος apud Homerum et ἀνείλλεται i. e. ἀνειλεῖται Plat. Symp. 206 D occurrant*): igitur εἴλωσι εἶλεν etc. commendo.

τρεῖν E 256 non ferendum quomodo corrigendum esset, supra exposui p. 128.

νεῦμαι Σ 136, νεῖσθαι ο 88 intolerabiles formas a Nauckio esse correctas p. 15 memoravi; ego l. l. proposui «νίσσομ'» et «ᾗ τε νέεσθαι βούλομ'».**)

οἰκέοιτο Δ 18, οἴκει ι 200 Nauckium comperi nuperrime (Mél. Gr.-Rs. V, 97) feliciter sic emendando sustulisse, ut in

*) alia verba congessit G. Curtius (Verbum I 252. 254. 262. 384 sq.): δύνω δυνέω, θύνω θυνέω, πίτνω πιτνέω, γέμω γεμέω, εἴρομαι ἐρέω, ἕλκω ἑλκέω, κελάδω κελαδέω, λόϜω λοϜέω etc.

**) de exitu μαι eliso ante caesuram v. O 110. Σ 194 (ἔλπομ').

locum tritarum verbi οἰκεῖν formarum antiquiores illas ναίοιτο ναῖεν succedere iuberet; eodem modo Ξ 116[1] Υ 218[4] οἴκεον in ναῖον bene vertit; sed quae ι 400. B 668. ζ 204 mutavit, utrum necessaria sint necne dubito.

δεῖ, uno loco I 337, cum δέϜει sit, ne in πρεσβείᾳ quidem ferendum esse Duentzerus ubi intellexit, coniecit (K. Z. XIII, 23) «τί δὲ [υ] χρή»; correptio particulae δέ qui possit defendi, supra p. 87 exposui; ipse, si mutabo, praeferam «τί δέϜει» omissa δὲ particula, ut omittitur Φ 360 Ϝάστεος ἐξελάσειε· τί μοι ἔριδος καὶ ἀρωγῆς;

Trium vel quattuor brevium syllabarum concursus excusat has formas, praesertim in caesura semiquinaria: ἐοινοχόει Δ 3 (⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑). οἰνοχοεῦντες γ 472 (– ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑). ἐφόρει (⏑ ⏑ ⏑ ⏑) Δ 137 (an φορέεσκ'?). ν 368. φ 32. ἐφόρεον (⏑ ⏑ ⏑ ⏑) χ 456; an ἔφερον cum ll. CEN? φοβεῖται (⏑ ⏑ ⏑ ⏓) M 46. Φ 575. X 141. ἐπονεῖτο (⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑) Σ 380. πονεῖτο (⏑ ⏑ ⏑ ⏑) ο 222. ἐκάλει (⏑ – ⏑ ⏑) X 294; γρ. ἐβόα. σφαραγεῦντο (⏑ ⏑ ⏑ – ⏑) ι 440. φίλει (⏑ ⏑ ⏑) κ 14. ο 245. ἐκόμει (⏑ ⏑ ⏑ ⏑) μ 450. πόθει (⏑ ⏑ ⏑) ν 219.

Reliqua (praeter unum ἠλάστεον [ἅπ. εἰρ.] O 21)*) aut in navium recensione, ἐκαλεῦντο B 684, ἡγεῖτο B 567. 638. 851 et Π 169, ubi Achillis naves recensentur, — aut in carmine nono, ἐξοιχνεῦσι I 384, — aut in ultima rhapsodia ἐθρήνεον Ω 722, — aut denique in Odyssea: ἡγεῖτ' α 125*. οἰχνεῦσι γ 322.* ι 120. θηεῖτο ε 75. θ 265.* ποίει ε 254. ῥοχθεῖ μ 60.* αὐχμεῖς ω 250*. ποθεῦσα legendum est τ 136; asteriscis notata in partibus iudice Kirchhoffio iunioribus. Contractionem graviorem καλεῖ (⏑ ⏑) ρ 382 Fickius restituta aeolica forma κάλη̣ι feliciter eliminasse mihi videtur.

Pes quartus.

Per versus solvere licuit Payne-Knightio: αἰνεῖτον σ 64. ἀκήδεις Ψ 70. ἀπείλει N 143. ἀπειλεῖτε Π 201

*) et λωτεῦντα (λωτέοντα) M 283 de quo p. 88 disputavi.

(solutam formam versus tantum non poscit). ἀύτει Λ 258. ἀφαιρεῖται μ 64. ἀωτεῖτε κ 548. ἐθηεύμεσθα ι 218. ἐκόσμει Ξ 388. ἐπιπωλεῖται Γ 196. (-το) Δ 231. 250. Λ 264. ἐρωεῖ μ 75 (ἐρωέει, ut hiatus tollatur, commendat Ahrens, Phil. VI, 29). ἐρωείτω Ρ 422. ἠρνεῖτο Τ 304. θάρσει θ 197. κάλει Ρ 245 in κάλε' elidendum. κατεκόσμει Δ 118. νεῖται μ 188: νέεται Nauckius, Mél. Gr.-Rs. IV, 99. ὁμίλει Λ 502. πλεῖθ' γ 71. ι 252. τρεῖ Λ 554. Ρ 663: τρέει scribi iubet Ahrensius (Phil. VI, 29) et quod proprie τρέ-σ-ει sit et ut hiatus tollatur.

Emendando opus esse in his formis censeo:

καλεῖ in versu Γ 390: δεῦρ' ἴθ', Ἀλέξανδρός σε καλεῖ Ϝοῖκόνδε νέεσθαι; eliso σε pronomine καλέει restituo, collatis versibus Γ 250: ὄρσεο, Λαομεδοντιάδη, καλέουσιν ἄριστοι . . . . καταβῆναι· Δ 204: ὄρσ', Ἀσκληπιάδη, καλέει κρείων Ἀγαμέμνων· Ω 88: ὄρσο, Θέτις· καλέει Ζεὺς ἄφθιτα μήδεα Ϝειδώς.

χεῖσθαι in versu κ 518: ἀμφ' αὐτῷ δὲ χοὴν χεῖσθαι πᾶσιν νεκύεσσι; cogitabam contractionem transponendo removere ʽπᾶσιν νεκύεσσι χέϜεσθαι; nam quae figuram etymologicam efficiunt vocabula non ubique iuxta posita (χοὴν χεῖσθαι) invenias, sed interdum etiam disiuncta, cf. Υ 251. χ 422. ι 108; nunc tamen malim proponere: «χεύεσθαι πᾶσι νέκυσσι»: nam in χέϜεσθαι eodem modo quo in ἔχεϜα digamma cum vocali ε in diphthongum ευ abire poterat et νέκυσσι claudit versum χ 401. ψ 45.

οἴκεον Υ 218: ναῖον scite Nauckius emendat, Mél. Gr.-Rom. V, 98; p. 136.

φοβεῖ Ρ 177: ὅς τε καὶ ἄλκιμον ἄνδρα φοβεῖ καὶ ἀφείλετο νίκην· concinnitas orationis duos gnomicos aoristos commendat: «φόβησέ τ' ἀφεῖλέ τε νίκην.»

Tribus in formis quae superant corrigendae probabile quicquam me invenisse ingenue infitias eo: φιλεῖ Β 197. Η 280. Κ 245. 552. Π 94: nisi τίει malis, haud scio an archaicum φίλη a verbo φίλημι, id quod Aeoles retinuisse

constat, iam Homeri aetate floruerit iuxta verbum φιλέω, ut δάμνημι iuxta δαμνάω; utique contractio vix ferenda erit quod solutum φιλέει ϑ 309 in carmine recentissimo extat; tum ὁμιλεῖ E 834: an «ὁμιλέει, ἐκ δὲ λέλασται» sive «ὁμιλέει, ἐκλάϑετ' αὖ (= δὲ) τῶν»? Denique δοκεῖ I 103. 314. M 215. N 735. ν 154. φ 130 in formula «ὥς μοι δοκεῖ (⏑ ⏑) εἶναι ἄριστον (s. ἄριστα)»; contra δοκέει novies in Odyssea pariter atque in Iliade extat; cf. Z 338. Ψ 470. α 376. ε 360. Nisi invertendum erit in hunc modum «ὡς καὶ δοκέει μοι ἄριστον», haud scio an cum hoc verbum nisi in formula non occurrat, huic quoque versui aeolismus sive archaismus δόκῃ cum A. Fickio inferri possit, siquidem talia Homerum e carminibus priscis assumpsisse recte statuemus.

Numerorum causa excusanda nobis haec sunt: participia (⏓ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑) φοβεόμενος Θ 149. αἱρεόμενοι Π 353. πονεόμενος Δ 374. N 288. πωλεόμενοι β 55. ρ 534. ἱκνεόμεναι ι 128. — φόρει (⏑ ⏑ ⏑) H 147. ζ 171. φ 41. ἐφόρει (⏑ ⏑ ⏑ ⏑) ν 368. κομείτων (⏑ ⏑ ⏑ —) Θ 109. ἐφίλει (⏑ ⏑ ⏑ ⏑) Ξ 491. ξ 62. φίλει (⏑ ⏑ ⏑) ν 206. ξ 146. ο 370. κατέδει (⏑ ⏑ ⏑ ⏑) κ 23. ἐκάλει (⏑ ⏑ ⏑ ⏑) κ 114. σφαραγεῦντο (⏑ ⏑ ⏑ — ⏑) ι 390.*)

Iam quae restant in recentioribus Iliadis partibus aut in Odyssea invenimus: ἡγεῖτο I 192. ἀελπτέοντες H 310. ϑηεῦντο K 524. Ψ 728. 881. ϑηοῖο Ω 418. νόει I 600. ζ 67. κάλεον ϑ 550. ἐπιπλεῖν ι 227. 470. (an ἐπιπλέϜεν?). φιλεῖν ο 74 in versu

«χρὴ ξεῖνον παρέοντα φιλεῖν, ἐϑέλοντα δὲ πέμπειν»

de quo subtile iudicant schol. Harl. Q. Vind. 133: «ἐν πολλοῖς οὐκ ἐφέρετο· καὶ ἔστιν Ἡσιόδειος τῆς φράσεως ὁ χαρακτήρ». — Quodsi participium κελάδων a criticis improbabatur

*) adice coniecturam Schneideri (in lex.) H 64: μελανεῖ δέ τε πόντος ὑπ' αὐτῆς, quam Bergkius Doederlinius Ahrensius probaverunt, cum intransitivum μελάνω esse negarent. Equidem cum Faesio Bekkero aliis exemplo verbi κυδάνω (intrans.) et versiculi ἤχλυσε δὲ πόντος ὑπ' αὐτῆς (μ 406) moveor, ut nihil mutandum esse censeam.

(κελαδεῦντα Σ 576. β 421 et κελαδέων Φ 16 Nauckius proponit Mél. Gr.-Rs. IV, 53) — ideo ego non adstipulor quod praeter κελαδέω verbum *κελάδω eodem modo usurpari poterat quo αἴδομαι et αἰδέομαι, εἴλω et εἰλέω; quid quod Κελάδων fluvii nomen legitur H 133? Tum coniecturam ω 417 «ἐκ δὲ νέκυς Fοικόνδε (οἴκων libri) φορέον» hoc in carmine patior. Pauca de ἀελπτέοντες H 310 dicenda sunt, ne quis recepta lectione Eustathii et codicis Vindobonensis G «ἀέλποντες» contractam formam vitari posse sibi persuadeat Etenim ἀέλποντες non solum Graecae linguae leges excedit, sed etiam logices. Nam ornate disserit C. Prantlius in commentario «Ueber die Sprachmittel der Negation» (Sitzungsber. d. bayer. Academie 1869, II p. 257—270) omnes negationes dividi in eas quae pertineant ad copulam eoque negent totum iudicium (οὐ, non, nicht) et quae ad praedicatum nomen spectent, discrimina quaedam statuentes et rei alicui unam qualitatem abnuentes, cum ceterae remaneant: has Graecorum linguam efficere cum α privativum praedicato nomini praeponatur, Latinos 'in' negativum, nos «un» praefigere. Igitur hae syllabae cum semper ad praedicatum pertineant, numquam ad copulam, sive ad qualitates, non ad actiones, apparere nullum verbum cum illis syllabis (α, in, un) componi. Consequitur, ut neque ullum negativum verbum primitivum (ἀ-έλπω) esse possit — (unum ἀτίω in Theognidis versu 621 oppositi causa fictum videtur*) — et quae sint verba negativa, derivata a nominibus esse oportere: sic ab eo quod est ἄβαξ ἄδικος ἀηθής ἀκηδής ἄλαστος ἄλογος ἄφρων apud Homerum derivantur ἀβακέω ἀδικέω ἀηθέσσω ἀκηδέω ἀλαστέω ἀλογέω ἀφρονέω. — Denique necessaria contractio σ 35 μετεφώνει μνηστήρεσσι G. Hermanno visa est: cum tamen libri optimi et hoc loco et aliis in soluta forma sibi constent, ipse La Rocheus eam retinuit.

---

*) Nuperrime Nauckius (Mél. Gr.-Rom. V 176) hoc quoque emendando, cum πατέει proponat, eliminare conabatur. Sed satis a Prantlio

Pes quintus.

Solvenda duo: κνῇ Λ 639; κνέε Aristarcheae quaedam editiones teste Eust. 872, 18; recepit Nauckius, Christius (proll. 118). ἤρκει Ν 440: ἤρκε' elidendum est.

Excusanda: σμαραγεῖ (⏑⏑⏑—) Β 210. 463. ἀατεῦντα (⏑⏑⏑—⏑) Υ 332, ceterum in carmine recentissimo. «ἀτέοντα· οὕτως ἐν πάσαις» Didymus testatur; quocirca lectiones minorum codicum (χατέοντα, ἀέκητι, ἀέκοντα) neglegendae sunt. Praetulerim scripturam ἀατέοντα. — ὠμοθετεῖτο (—⏑⏑⏑⏑⏑) ξ 427. ἐοινοχόει (⏑—⏑⏑⏑⏑) υ 255.

Cetera in Odyssea: θηεῖτο ζ 237. ἀναρροιβδεῖ μ 104. βωστρεῖν μ 124. ἀνερρίπτουν (corrige ἀνερρίπτευν aut ἀνερρίπτεον, v. p. 70) ν 78. ἤτεον ω 337. —

Pes sextus.

Maiorem contrahendi vocales libertatem in extremis versibus poëtas sibi arrogasse exemplis quae et nunc congeram et antea iam congessi quivis intelleget. Quamquam vel in his verborum formis ε cum cognata vocali seu diphthongo facilius coalescere videas quam cum dissimilibus ο ω οι, cum prioris generis exempla in omnibus carminibus extent, posterioris praeter duo ἐπόρθεον Δ 308 et αὔτεον Μ 160 in partibus vetustis nulla. Igitur suffixorum ordinem tenebo:

Thematica vocalis ε iungitur cum termino

-ε: ἤρει Δ 23. Η 479. Θ 460. (γρ. Θ 77). θ 304. λ 43. 632. χ 500. ω 450. ἐρώει Β 179. Χ 185. ὀπήδει Β 184. τ 398. νείκει Κ 249. ὑπεχώρει Ν 476. Χ 96. αὔτει Υ 50. Φ 582. τάρβει Φ 288. Ω 171. νήει Ψ 169. ὁμίλει β 21. 288. 381. π 271. ἐκόσμει η 13. ποίει ξ 13. ἐποίει τ 34. ψ 178. ὑλάκτει υ 13.

---

excusatur. ἀτίειν praeterea ap. Tzetz. (hom. 159) — ἀτίζουσ' Nauckius cum libro Paris. — et in Orph. Lith. 62, in versu graviter corrupto.

-έτην: κομείτην Θ 113.
-εται: τελεῖται Β 330. Ξ 48. β 176. ε 302. ν 178. σ 271. φο-βεῖται Ε 140.
-ετο: (ἐ)πονεῖτο Β 409. Ι 12. Σ 413. π 13. ἀμφεπονεῖτο Ψ 681. υ 307. ἐξεκαλεῖτο ω 1.
-εν (-ειν): προτιειλεῖν Κ 347. ὁμιλεῖν σ 167.
-ει: αἱρεῖ Γ 446. Λ 89. Ξ 328. Ρ 67. Σ 322. ὁμιλεῖ Σ 194. ὠθεῖ γ 295. ἀγινεῖ ξ 105. ὀπηδεῖ Ε 216. Ρ 251. Ω 368. η 165. 181. ϑ 237. ι 270. ἀναροιβδεῖ μ 105.
-εις: ἀπειλεῖς Α 161. ἀωτεῖς Κ 159. ὁμιλεῖς σ 383. ἀγινεῖς χ 198.
-ον: ἐπόρθεον Δ 308; an ἔπερθον? αὔτευν (αὔτεον Η., Eust. Μ 160 (an ἄϋον?). Adde ἐγεγώνευν ι 47. μ 370. ρ 161, in Odyssea (an γέγωνον?)
-οντ- (-ων) -οντος -οντες etc.: ὁμαρτέων Ω 438. φιλεῦντας γ 221. καλεῦντες κ 229. 255. μ 249.
-οντο: θηεῦντο β 13. ρ 64. δατεῦντο [Υ 394 edd.]. Ψ 121 (an δάϊζον?). α 112. ἐξετελεῦντο λ 294. ξ 293.
-*οντjης, -*ονσης (-ούσης): ποντοπορούσης λ 11; -εύσης praefero. εἰσοιχνεῦσαν ζ 157.
-οίη: φοροίη ι 320. φιλοίη δ 692.
-ωμεν: μεγάροισι φιλέωμεν ϑ 42: lectionem μεγάροις φιλέωμεν librorum A ex corr. IKPSVD adhuc praefero.

Numerorum comparatio.

	Pes	I.	II.	III.	IV.	V.	VI.	summae
Formae	solvendae	27+27?	11+11?	2+2	16+9	2+0	—	107 } = 153
	dubiae corrigendae	9+2	3+0	9+3	13+3	—	3+1	45 }
	necessariae	5+5	8+**13**	16+**20**	14+**18**	3+**7**	35+**48**	109 in pede I.-V. 83 in sexto pede

Igitur si formas hunc in modum dispositas iterum perlustrabimus, usum earum non contrarium titulis Ionicis et sermoni Herodoteo sed admodum congruum esse videbimus. Rarissima et certis pedibus adstricta vel ob metricam necessitatem excusata Iliadis vetustioris exempla: in recentiore vero et in Odyssea plura necessaria, excusanda; in his ipsis praevalere concursum vocalis e cum cognatis ε η ει, perraro, praesertim in Iliade, contrahi ε et ο.

VIII.

De contracto futuro et coniunctivo; de terminorum verbalium -εαι -εο -αο (-η -ευ -ω) contractione.

Eidem verborum in -έω desinentium classi adscribenda sunt futura in -έω quae verba liquida efficere solent; nam pari modo apud Atticos contrahuntur. At apud Homerum solutorum futurorum tot exempla unumquodque carmen subministrat, ut ex hoc ipso legem quandam ne vocales in unum conflentur facile agnoscas et iure quae contracta inveneris excusari vel emendari velis. Praeterea futura in -έω contracta multo minus quam verborum formae quas modo congessimus tolerabilia sunt, cum exitus -έω non modo iacturam medii j passus sit, sed simul litterae σ; proprium enim suffixum ut in sanscrita lingua -sja-, ita in graeca -σjo- esse constat, v. G. Meyer, Gr. Gr. § 535. — Solvi patitur per versum unum ἐσσεῖται B 393². N 317². ἀπεσσεῖται τ 302². Satis excusantur et quod in extremis versibus extant et fere omnes ob nimium brevium syllabarum concursum hae medii formae:
ἀγλαϊεῖσθαι K 331 (— ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ — ⏑); sed v. etiam infra. ὁμοῦμαι (⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ≃) A 233. I 132. Φ 373. υ 229; rectius ὁμεῦμαι, cf. ἀμφιβαλεῦμαι χ 103. ὁμεῖται I 274. (⏑ ⏑ ⏑ ≃). ὀλεῖται B 325. H 91. ω 196. (⏑ ⏑ ⏑ ≃). [ὀλεῖσθαι, ι 496, apud Nauckium ex coniectura Naberi Mnem. IV, 214, Madvigii advers. crit.

I 170, Cobeti, Mnem. nov. III 269 = Misc. crit. 329; libri ὀλέσθαι]. καμεῖται B 389 (⏑ ⏑ ⏑ ⏓). μαχεῖται Υ 26 (⏑ ⏑ ⏑ ⏓). ὀρεῖται Υ 140 (⏑ ⏑ ⏑ ⏓). Contractio non necessaria quidem duobus Odysseae locis, tamen in versuum clausula excusanda: φανεῖσθαι μ 230. τελεῖσθαι ψ 284; contra ἀμφιβαλεῦμαι χ 103[3] unam habet formae excusationem (— ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏓). ἐσεῖται A 239 male Vind. G. Barocc.*)

Aliud genus propriam habet excusationem, ea scilicet verba, in quibus exitui (-ῶ etc.) vocalis ι antecedit; cf. quae supra de ἐυμμελίω Ἑρμείω etc. disseruimus: κτεριῶ Σ 334. κτεριοῦσι Λ 455. X 336. ἀγλαϊεῖσθαι K 331. (ἐπ-) Σ 133. κομιῶ ο 546. ἀϜεικιῶ X 256.

Sex quae restant futura singillatim tractanda sunt.

Δ 161: ἔκ τε καὶ ὀψὲ τελεῖ σύν τε μεγάλῳ ἀπέτισαν. Sed schol. A: «ἡ διπλῆ ὅτι Ζηνόδοτος γράφει τελέσει καὶ σύν τε μεγάλῳ τίσουσι, ἐπὶ τῶν Τρώων δεχόμενος τὸν λόγον. οὐκ ἔχει δὲ οὕτως, ἀλλὰ καθολικῶς ἐπὶ τῶν παραβαινόντων τὰ ὅρκια.» Vana opponi lectioni Zenodoteae quivis videt; immo acute intellexit Payne-Knightius veram Zenodoti traditionem fuisse «ὀψὲ καὶ ἐκτελέσει.» Alterum vero Zenodoti futurum (τίσουσι) pariter comprobare equidem vereor.

T 104: ἐκφανεῖ, ὃς πάντεσσι περικτιόνεσσι Ϝανάξει; prompta emendatio foret «ἐκφανέει, ὃς πᾶσι», sed traditionem tueor, cum vv. 95—132 multas ob causas interpolatos esse Iliadis existimatores iudicent: etenim Nitzschius (Sagenpoësie p. 150) eos damnat, quod minime congruit Agamemnona primum errorem suum in Iovem conferre eiusque filiam Atam, dein ut exemplo id demonstret ipsum Iovem a filia sua deceptum nar-

*) Θ 246 Aristarchus Didymo teste 'οὐδ' ἀπολεῖσθαι' scripsit, cum in rebus futuris infinitivus futuri aptior quam aoristi videretur: sed et libri qui omnes ἀπολέσθαι exhibent et celeberrimus locus Δ 161, ubi ἀπέτισαν futuri vicem tenet, monent, ut traditam teneamus formam; si quid mutabimus, cum Christio 'οὐδ' ὀλέεσθαι' sane praeferemus. — Omnino ne coniecturis novae contractiones inducantur, cavendum: id quod cadit in Wolfii τεμεῖ et Herwerdeni τεμεῖν N 707.

rare; etiam causae a Welckero (Griech. Goetterlehre I p. 711) allatae gravissimae, quod Agamemnonis concitata pudore verba et Graecorum contionem quam maxime dedeceat fabella e rebus divinis hausta, quippe quam solus poeta et sciat et narrare possit; asyndeton in v. 91 interpolationis apertissimum esse vestigium.

O 65. 68: Πάτροκλον· τὸν δὲ κτενεῖ ἔγχεϊ φαίδιμος Ἕκτωρ· τοῦ δὲ χολωσάμενος κτενεῖ Ἕκτορα δῖος Ἀχιλλεύς.

Extant hi versus in vaticinatione Iovis (vv. 64—77) quam Aristarchus damnavit «ὅτι ψεῦδος», ne scripsit quidem Zenodotus; secuti sunt recentiores. Mendarum et in rebus et in verbis divitem messem facile quis faciet: nec usque ad Achillis naves Graecos confugisse neque Achillis instinctu Patroclum proelia iniisse constat; ceterum vv. 65 sq. superflui adduntur, cum non de fortuna Patrocli agant sed quomodo Iuppiter Achilli honores tributurus sit, nociturus Graecis; tum in v. 68 «τοῦ» ineptissimum, cum ad Patroclum re vera referendum sit, ad Sarpedona specie spectet. E formis insolitis καρῆτι (v. 75) memoravi p. 80, nunc addo quod Ἴλιον αἰπύ neutrius vicem uno hoc loco tenet et praepositio διὰ (v. 71) cum accusativo perquam suspecta est, ubi instrumentalis vim habet (διὰ βουλάς) v. Ansems, Bedeut. u. Gebrauch von διὰ b. Hom., 1883, p. 36.

Γ 451: σφῶιν δ' ἐν γούνεσσι βαλῶ μένος ἠδ' ἐνὶ θυμῷ· coniecit in apparatu Christius l. l.: «fort. γούνασι δ' ἐν σφῶιν βαλέω, nisi vv. 450—455 a recentiore diasceuasta additos esse statuere mavis.» Ego quamvis sciam hos versus ad parallelorum exempla esse expressos, tamen non ita mendosos habeo ut damnare ausim. Igitur suspectam formam βαλῶ quoque emendando tollere malim quam ferre. Etenim in fragmento Moscaviensi βάλω coniunctivi forma servatur, quae mihi quidem tam genuina videtur, ut etiam ὀρέξω coniunctivum esse censeam; ab utroque σαώσετον et ἀφίκωνται pendere posse docemur ex libello L. Pollugei 'de coniunctivi et futuri usu Homerico'

(p. 48); sed quod maxime in eodem quaerimus, desideramus; nam de coniunctivi usu in enuntiatis primariis nihil affert praeter falsa haec, quibus exempla quoque desunt (ibid. p. 7): 'incipiunt huiusmodi enuntiata formulis ἀλλά, ἀλλ' ἄγε, ἀλλ' ἄγετε . . . δεῦρο; exempla non nisi primam personam sing. et plur. praebent, coniunctivi aoristum saepius quam praesens, prima pers. sing. semper cum antecedente formula (ἀλλά etc.) coniuncta, prima pers. plur. nonnunquam ea omissa reperitur . . .' Kruegerus quoque (Griech. Sprachl. II[5] § 54, 2 A. 2) negat coniunctivum primae personae sine illa formula usurpari, nisi imperativo antecedenti opponatur (ut X 450. Ψ 71). At sine formula, sine imperativo, ita ut futurum tantummodo praecedat aeque atque hoc loco (οὐ γὰρ ἐάσω), coniunctivum inveni in versu huic simillimo, I 121 ὑμῖν δ' ἐν πάντεσσι περικλυτὰ δῶρ' ὀνομήνω; cf. O 350 μητίσομαι, οὐδὲ . . . . λελάχωσι; π 437 ἔσσεται οὐδὲ γένηται; μ 383 δύσομαι . . . . καὶ . . . φαείνω. Igitur nihil obstare video quin etiam in v. P 451 βάλω loco βαλῶ probemus.

X 86: σχέτλιος· εἴπερ γάρ σε κατακτάνῃ, οὔ σ' ἔτ' ἐγώ γε | κλαύσομαι· var. lect. κατακτενεῖ unus Harleianus liber exhibet; et hanc lectionem et κατακτείνῃ (CE) κατακτάνοι (Paris. H.) mendosa esse, κατακτάνῃ ceterorum solum rectum editores consentiunt.

Ψ 412: ἔσσεται, αὐτίκα δ' ὔμμε κατακτενεῖ ὀξέϊ χαλκῷ· proponebam olim «κατακτανέει ὅ γε χαλκῷ»; sed Christii coniectura «αὐτίκα δὲ κτενέει ὔμμ' ὀξέι χ.» mihi iam magis arridet.

His accedit Ϝερέω, quod cum Bekkero digammi restitutores postulant tribus locis, quos emendari vix posse censet Christius (proll. 160): Ψ 787: Ϝειδόσιν ὔμμι Ϝερέω πᾶσιν: «Ϝειδόσι πᾶσ' ὔμμιν Ϝερέω» iam proposuimus p. 103. Δ 176: καί κέ τις ὧδ' ἐρέει Bekkerus; καί κέν τις Ϝερέει Payne-Knightius, ὥς Ϝερέει Hoffmannus, quaestt. hom. II 101; καί ποτέ τις Ϝερέει collato Z 459. 479. H 87. X 106. Ψ 575 ego emendo. μ 156: ἀλλὰ Ϝερέω μὲν ἐγώ, Bekk.; fort. «ἀλλὰ μὲν ἐκϜερέω», nisi intactum

relinquere versum in carmine, quod Kirchhoffius inter recentiores esse voluit, satius videbitur.

Obiter moneo participium μαχειόμενος ρ 471 ita cum Georg. Curtio (Gr. Et.[5] 327) posse explicari, ut a nominali quadam stirpe μαχες- proficiscatur; contra μαχεούμενος, quod ex illo per μεταβιβασμὸν rhapsodi finxisse videntur, in carmine ultimo ω 113 est et ni fallor inde in necyiam quoque (λ 403) immigravit. Curtii quidem gravi et circumspecto de forma μαχειόμενος iudicio libentius accedo quam levi Udalr. de Wilamowitz-Moellendorfii sententiae, ne dicam praeiudicio, Phil. Untersuch. VII, p. 326: «ich bin geneigt, dieser r ü c k s i c h t a u f d a s m e t r u m sehr viele a n s c h e i n e n d sprachliche singularitäten der homerischen diction zuzutrauen, ἀκεόμενος μαχεόμενος . . . ist so zu ἀκειόμενος μαχειόμενος geworden. freilich führt das so weit, dass ich selbst ängstlich werde.»

Denique quod Christius (proll. p. 172) in futuro verbi ἐρύουσι Λ 454. Ο 351. Χ 67 partes suscepit Alexionis grammatici, qui ἐρυοῦσι circumflexit, operae pretium est veterum de hac re rixam audire, schol. A ad Λ 454: ἐρύουσι · προπαροξύνεται · ἐνήλλακται γὰρ ἐνεστὼς χρόνος ἀντὶ τοῦ μέλλοντος· οὕτως καὶ Ἀρίσταρχος · ὁ δὲ Ἀλεξίων περισπᾷ, οὐκ εὖ, ἐπεί, φησίν, ἐν τῷ ἑξῆς στίχῳ ὁ μέλλων παρελήφθη περισπώμενος (κτεριοῦσι). ἔλαθε δὲ τὸν ἄνδρα ἡ τοιαύτη ὕφεσις τοῦ σ Ἀττικὴ οὖσα καὶ περισπῶσα τοὺς μέλλοντας δ ι ά τ ι α ἴ τ ι ο ν, εἰ παραλήγοιτο τῷ ι συνεσταλμένῳ, ὅπερ καὶ ἐπὶ τοῦ „τόνδε δ' ἐγὼ κομιῶ.“ τὸ μέντοι ἐρύω οὐ δύναται ἔχεσθαι ταύτης τῆς φύσεως, ἀλλ' ἔστιν ἐνεστὼς ἀντὶ τοῦ μέλλοντος. Acute quidem Alexandrinus intercidisse hoc σ animadvertit, perperam praesens loco futuri esse addidit. Intercidit autem spirans ut in καλέω τελέω ita in ἀνύω τανύω iam Homeri aetate (cf. La Rochei adnotat. Λ 454); quamquam deteriores libri interdum formas integras servant: ἐρύσσουσι Λ 454 GHS Cant., O 351 Cant., X 67 L. Lips. Vrat. a, Plut. Verum illud inter futura verborum in -ίζω et in ύω desinentium interest, quod illa, siquidem tra-

ditioni credendum est, contractos exitus (-έω, ῶ etc.) ab initio assumperunt, haec primum sigmatica fuerunt (τανύ-σω), tum spirantem amiserunt.

Coniunctivos quoque contractos, passivi inprimis aoristi, hoc loco paucis memorabo. Et in vetustioribus carminibus nulli nisi in extremis versibus inveniuntur sat excusati: πειρηθῶμεν Χ 381. ϑ 100. μεθῶμεν Κ 449. δαῶμεν Β 299. ἀμερθῇς Χ 58. ἰανθῇς Τ 174. χολωθῇς Ι 33. ἐπαληθῇ ο 401. ἀναστῇ σ 334; accedunt verbi οἶδα formae Ϝειδῶ Α 515. α 174. δ 645. ν 232. ξ 186. ω 258. 297. 403. Ϝειδῇς Α 185. Ζ 150. Υ 213. Φ 487. β 111. η 317. λ 442. Ϝειδῇ Ο 207. ϑ 586. τ 329. 332. — At in medio versu vitatur illud ὄφρ' εἰδῇς (Θ 406. 420. ι 348. χ 234) ita, ut aut cum Nauckio aliisque ὄφρα Ϝίδῃς aut cum La Rocheo (hom. Textkrit. p. 286) Aristarcheam lectionem (Ϝ)ίδῃ restituamus: quamquam hanc aegre me concedere mox apparebit. Nec tamen cum Bentleio ὄφρα Ϝιδῇ Θ 406 aut Christio ὄφρα Ϝιδῇς Ο 32 in textu scribere velim: cum inter duos scopulos fluctuemus — nam aut a verbo εἶδον coniunctivum mutuamur aut ἰδέω ἰδέῃς accipimus —, utrumque sic praeternavigabimus, ut coniunctione ὄφρα, quippe quae in epicis versibus frequentissima esset, in his quoque locutionibus vulgarem ὡς summotam esse rati «ὡς Ϝιδέω, ὡς Ϝιδέῃς» ubique (etiam π 236) scribamus; nam ἰδέω coniunctivus libris firmatur Ξ 235; etiam Ο 412 «εὖ Ϝιδέῃ» pro εὖ εἰδῇ, β 112 Ϝιδέωσι pro εἰδῶσι facillime reponitur. At Ϝειδῇ (– ⏑ cum correpta ῇ in thesi) non corrigendum in duobus recentioribus carminibus, Υ 122 et Ψ 322.*) Contracti coniunctivi praeterea metro hi stabiliuntur: φανῇ Ι 707 in carmine Presbea; πειρηθῆτον, Κ 444 in Dolonea; διακρινθῆτε, ω 532 et φθέωσι ω 437; ἀναβῇ β 358 et φθέωμεν π 383

*) εἴδετε Θ 18. Σ 53. ι 17 et εἴδομεν ι 182 coniunctivi perfecti habendi sunt, in quibus vocalis media natura brevis est, non correpta; Curt Verb. II 224. Cf. G. Meyer Gr. Gr. p. 434.

in partibus Telemachiae; σπῶνται μ 349, in carmine recenti; praeter hos in Odyssea quattuor: ἰανθῇ χ 59[2]; πιστωθῆτον φ 218[4]; βῶσι ξ 86[3]; σχῶνται ν 151[3]. — Contra formas στέωμεν Λ 348. Χ 231, ἕωμεν Τ 402, θέωμεν ω 485, κτέωμεν χ 216 iure Christius (proll. p. 182) in στέομεν ἕομεν θέομεν κτέομεν verti iubet non sine librorum auctoritate*). Sed σχῶμεν, Φ 309, in vv. Theomachiae antecedentibus non revellemus. Cetera modo tractabimus.

Easdem contrahendi leges, quas verba in -έω sequuntur, etiam in terminos -εαι et -εο (*-εσαι, *-εσο) valere constat. Qui plerique integri et disyllabi et apud Homerum leguntur et in libris Herodoteis (v. R. Kuehner, Griech. Gr. § 213, 7 A. 2) -εαι quidem semper solutum, -εο modo solutum modo contractum traditur; aliquotiens tamen iam heroicus versus aut postulat aut postulare videtur contractiones ῃ, ευ; tum in libris nostris et editionibus magna inconstantia: modo εαι εο cum synizesi legere iubemur, modo ῃ ευ, raro cum elisione ε'. Ex his quae praeferenda sint exemplis omnibus pensitatis apparebit.

Etenim -ῃ (-εαι) exitus fere semper ita ante vocalem invenitur, ut corripiatur: γνώσῃ ἔπειθ' Β 365. κεκλήσῃ ἄκοιτις Γ 138. μετατρέπῃ οὐδ' Α 160. νεμεσίζῃ Ἄρῃ Ε 757. -δρῶν 872. βέῃ ἀλλά Π 852. Ω 131. οἴσῃ ἄεθλον Ψ 441. δεύῃ, ὅ α 254. μνήσῃ ἐμεῦ θ 462. πείθῃ ἐμῶν ο 541. ἕσῃ αἰδοῖος τ 254. τεύξῃ ἐπεί τ 314. δαινύῃ; ἄνθρωποι τ 328;**) adde atticam formam ὄψει Ψ 620 (ὄψῃ AD), μ 101; his omnibus ε' exitus cum elisione diphthongi αι reddi potest, quippe cum αι etiam in terminis -μαι -ται -σθαι elidatur et interdum ε' ipsis in libris sit: πωλέ' δ 811 Q (Vind. 50) V(ratisl. A.); πείθε' ο 541, N

*) v. La Rochei librum hom. Unters. p. 152: Χ 231 στέομεν Ven. B., Vind. 5., Lips., Heynei ll.; Λ 348 Eust. bis στέομεν; ω 485 θέομεν AFHISV; χ 216 κτέομεν C pr. m., DFKLMPS.

**) εἴσῃ ἑκάστου π 313 libri: εἶσθα ἑκάστου scripsit Nauckius, Bekkerum (Hom. Bl. II, 1) secutus.

Ven. Marc.); recte La Rocheus (Hom. Unt. 149) suspicatur Didymi notam O 18 «μέμνῃ· διὰ τοῦ η εἶχον πᾶσαι» eo spectare quod μέμνη' nonnulli praeferebant: nimirum nos quoque hoc praeferimus quattuor quibus occurrit locis O 18. Υ 188. Φ 396. ω 115; sic μίσγη' B 232 et κατίσχη' 233 Christius, βέβλη' Λ 380 equidem commendo ductus exemplo G. Curtii, qui βούλητ' A 67 maluit pro βούλεται librorum, cf. Verb. II 72. Ergo dummodo elisiones non vereamur, totam hanc contractionum materiem tollemus. Relinquuntur in Iliade contracta tria γνώσεαι δ' εἰ B 367, ubi Barnesius iure optimo asyndeton «γνώσεαι εἰ» restituit; cf. Θ 526. 532; tum ἄρχῃ, I 102 in exitu et in carmine recenti; dein X 818 ἀρήσῃ Διὶ πατρί; an εὔξηαι? — cetera in Odyssea et in libro Ω: Fέλπῃ ζ 297[4]. λίσῃ κ 526[4]. κέλῃ Ω 434[2]. δ 812[2]. ε 174[2]. κ 337[4]*); ἐντύνεαι ζ 33; (an ἐντύνη'?); in exitu versuum formae ἕλκῃ ρ 10, ἕσσῃ ζ 33.**) Etiam A 203 Aristarchi illud «ἴδῃ» in ἴδη' mutari licet; sed totus versus graviter corruptus; item X 449.

Verum de -ευ exitu, qui aut imperativi praesentis medii aut imperfecti vel aoristi sec. pers. est, et Christius (proll. p. 183) et nuperrime Nauckius (Mél. Gr.-Rs. V, 103 sq.) mecum in eo contentiunt, plurimas contractas formas ideo posse effugi, quod ob insequentes vocales elisae formae (ἕπε' ἕλε') in locum contractarum succedere possint. Et Nauckius qua est talibus in rebus cura et diligentia, postquam diductarum formarum materiem exhausit, omnem contractarum copiam congessit; paucas quoque quae elisioni resistunt omnes contulit. Ego cum ipse haec exempla contulissem abhinc duos annos, hoc quoque loco, quamquam Nauckius iam exscripit, succincte afferre ea mihi liceat.

ἀκαχίζευ λ 486 (Ἀχιλλεῦ). βάλλευ μ 218 (ἐπεί). γένευ

*) cum libri inter κέλῃ et κέλεαι fluctuent, haud scio an rectius ad exemplum vv. M 235 (Ξ 96) Σ 286 pronomen με omittatur et synizesis tollatur.

**) μνάᾳ π 431 cum ultima syllaba in arsi, in parte Telemachiae.

E 897 (ὧδε). ἕζευ Ω 522 (ἐπί). εἶλευ P 206 (ἀτάρ). ἕλευ N 294 (ὄβριμον). ἕπευ K 146. N 381. ψ 52. (ὄφρα). ο 281. ψ 78 (αὐτάρ.) N 465 (Ἀλκιθόῳ). O 556 (οὐ γὰρ). ἔπλευ I 54. Ψ 891 (ἄριστος). Π 29. Ψ 69 (Ἀχιλλεῦ). ἔρχευ Z 280 (ἐγώ) Ψ 893. ζ 69 (ἀτάρ). κ 288 (ὅ κεν). π 270 (ἅμ'). σ 174 (ἐπεί). ἵζευ Γ 162 (ἐμεῖο) H 115 (ἰών). ἵκευ ν 4 (ἐμόν). πείθευ Ξ 235 (ἐγώ). πέλευ Ω 219 (οὐδέ). ῥύσκευ Ω 730 (ἔχες). σκύζευ ψ 209 (ἐπεί). φράζευ I 251. ν 376 (ὅπως). π 257 (ὅ κεν).

Haec igitur ἀκάχιζε' βάλλε' etc. scribere nobis licet idque eo maiore iure cum septem verba in ipsis libris elisas ministrent formas: εὔχε' Γ 430. δ 752. ψεῦδε' Δ 404. παύε' I 260. ἀποπαύε' α 340. ἕπε' K 146 (Ἀρίσταρχος χωρὶς τοῦ υ, schol. A). ἔκλε' Ω 202. (ὄρσ' Δ 204.) Quodsi quis formas conclusas sive integras ideo praeferat, quod maximam partem interpunctio verba illa excipere soleat, is ex locis temere collectis intellegat interpunctiones et elisiones se non invicem excludere sed pati: B 775. Γ 67. 231. 390. Δ 201. 397. E 252. Z 413. I 260. 673. O 430. 432. 651. P 315. Σ 310. 460. X 94. Ψ 381. 737. Ω 622.

Repugnare videntur contractiones in Iliade:
ἐδεύεο s. ἐδεύευ P 142; in extremo versu positum peculiarem habet excusationem. εὔχευ Ω 290 «ἀλλ' εὔχευ σύ γ' ἔπειτα», ubi lectio librorum ACD et papyri «εὔχεο» affatim commendat inversionem «ἀλλὰ σύ γ' εὔχε' ἔπειτα; quam etiam Christius l. l. induxit*); cf. ἀλλὰ σύ γ'. . . . μετέρχεο E 429, ἀλλὰ σύ γ' ἄρχε O 95. 229. ὄρσευ Δ 264. T 139 ab editoribus in ὄρσο recte mutatur, cf. Δ 204. E 109. Ω 88. ἔλπεο Υ 201. 432 si verbum quod insequitur δειδίξεσθαι proprie δϜειδίξεσθαι scribendum erit, necessarium videtur; at digamma,

*) Liceat obiter hoc loco commemorem etiam in versu Υ 205, (ubi σὺ ἐμοὺς cum hiatu libri) particulam γ' post σύ esse inserendam, cf. E 238; ibidem ἄρα melius quam ἄρ quod traditur. Excidisse σύ videtur A 505: τίμησον [σύ] μοι υἱόν.

ut alibi in δεινός δεῖσε δείδια δείδοικα, sic in δειδίσσομαι restitui non potest Σ 164, qui versus procul dubio vetustior est est quam Υ 201, videtur aetate antecedere Υ 432.

Ceterae quae necessariae sunt formae, in Odyssea extant et huius carminis recentiorem originem ut multa alia contracta produnt: ἅζευ ρ 401[4]. ἔρχευ λ 251[2]. ρ 22[2]. 282[2]. φ 20[5]. 254[2]. ὑπόθευ ο 310[3]. φράζευ δ 395[3]; ἴσχεο (ἴσχευ AN) ω 323[2]. — Bis Nauckius in coniecturis contractos offert imperativos: ex his τοισίδε τέρπευ ξ 443 et quod in Odyssea est et quod versum claudit, accipere non dubito, nolim tamen φράζευ Ω 354.

Eodem modo Naberus in quaestionibus Homericis (p. 131), dum vv. Θ 18 sq. tractat, sic de exitu secundae personae ω, contracto ex αο, disputat: «non prorsus incognitae Homero sec. personae in -ω; memini me legere apud eum praeter ἐκρέμω (Ο 18. 21): ἐείσω (Ι 645), ἐπεφράσω (Φ 410), ἐκτήσω (ω 193). Sunt autem illae formae primi aoristi; sed ἐκρεμάμην non videtur habere posse aliam sec. pers. formam quam ἐκρέμασο. Sic παρίστασαι δύνασαι alia sine σ ap. Hom. utique non scribuntur; . . . . legerim utraque loco ἐκρέμασ', alterum pro ἐκρέμασα, alterum pro ἐκρέμασο positum». Recte ille quidem diductas sive elisas formas reponi et posse et debere monuit; quamquam σ litteram illis non reddo, cum etiam in μάρναο ἴφαο εἰρύσαο ἐλύσαο φάο nullum σ appareat; satis igitur habeo ἐκρέμα' ἐείσαο ἐπεφράσα' ἐκτήσα' scribere: neque hoc sine libris vel grammaticis audeo: etenim ω 33 «ἦρα' ὀπίσσω» meliores codices (ἦρα' N) exhibent et Ι 645 Didymus adnotavit: «ἔν τισι τῶν ὑπομνημάτων διῃρημένως ἐ ε ί σ α ο».

IX.

De verbis contractis in -όω desinentibus.

Verba contracta in -όω desinentia et apud Herodotum iam omnes contraxisse formas constat (R. Kuehner

Gr. Sprachl. § 251, 6; Abicht p. 40*) et in titulis ionicis contractas solas praebere formas: ὁρκοῦν in tit. Halicarnassio antiquiore, ἀξιοῦσ[ιν] ἀξιούντων in Mycalensi quarto saeculo exarato (Erman, Curt. Stud. V 296. 297). Apud Homerum solutae formae eaeque ad analogiam verborum in -άω assimulatae occurrunt hae: ἀρόωσιν ι 108 (ἀρόῃς Hes. op. 479, Par. 3; ἀρόῳς Ven. 1, Gal.), ῥυπόωντα (recte ῥυπόοντα) ζ 87, ν 435. ω 227, δηϊόῳεν (i. e. δηϊόοιεν) δ 226. δηϊόων P 566. Σ 195. Ψ 176. δηϊόωντες (i. e. δηιόοντες) Λ 153, δηϊόωντο (i. e. δηϊόοντο) N 675.

E formis contractis per versum diducere possumus has: παχνοῦται P 112[1]. γουνοῦμαι Φ 74[1]. ζ 149[1]. χ 312[1]. 344[1]: γουνόομαι commendat Christius proll. 173: γουνούμην λ 29[2]: γουνοόμην id. δῄουν E 452[1]. Λ 71[1]. M 425[1]. O 708[1]. Π 771[1]: δῄοον comm. Christ. l. l., proponit Nauck., cf. Mél. Gr.-Rom. V, 175. θεειοῦται ψ 50[4]: ob nimium vocalium concursum contractionem praefero. Numerorum vero necessitate hae purgantur: κορυφοῦται (⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏓) Δ 426. γουνούμενος (— ⏑ ⏑ ⏑ ⏑) I 583. O 660. X 240. δ 433. χολοῦμαι (⏑ ⏑ ⏑ ⏓) Θ 407. 422, in exitu. κάκου (⏑ — ⏑) δ 754[3]. σάου Π 363. Φ 238. ν 230 (bis). ρ 595 (⏑ ⏑ ⏑); libri σάω; σάου ρ 595 unus Vind. L., Apollon. de pron. p. 59 a; corruptam formam σάω emendavit Cobetus Mnem. nov. II 356: 'nempe ἐν τοῖς παλαιοῖς ἐγέγραπτο CAO, παρεφθάρη ὑπὸ τῶν μεταχαρακτηρισάντων, qui CAΩ scripserunt, quum σάου deberent.'

Relinquuntur formae suspectae: Λ 598: ἱδρῶσαι, ἧγον δέ, ubi sollerter Nauckius «ἱδρώουσαι, ἄγον δέ» emendavit; nam ἱδρώω ὑπνώῳ producta media vocali ad similitudinem verbi ἡβώω saepe usurpat poëta. Quamquam hanc formam in recentissimo carmine, Nestoris colloquio cum Patroclo, haud scio an non offendere oporteat. At participium δηῶν P 65 cum in eodem

*) cf. inprimis W. L. Meyeri progamma paedagogii Ilfeldensis: «Über die Contraction der Verba auf -όω bei Herodot.» Nordhausen 1868.

carmine δηϊόων (v. 566) extet, equidem ferre non possum. Et varia lectio δηϊόων libri Stuttgartensis per se ipsa non multum valet, plus quod liber C τόνδε habet pro τόν γε: mutanda enim censeo tradita verba «δηῶν, ἀμφὶ δὲ τόν γε κύνες» in hunc modum: «δηϊόων, περὶ τὸν δὲ κύνες»; faciliorem vero multoque probabiliorem emendationem Christius commendat: «δηϊόων, τὸν δ' ἀμφὶ κύνες» Tribus in formis, quarum traditio incertissima, Nauckius (Mél. Gr.-Rom. IV 136) inter solutas et contractas formas fluctuat, nempe pro σόωσι I 393 (σοῶσι Tyrannio, σάωσι Apio) σαῶσι vel σαόωσι proponit, I 424 pro σόῳ, σόῃ librorum: σαοῖ vel σαόῃ, I 681 pro σόῳς, σόοις, σόῃς librorum (σοῷς vel σαῷς Arist.): σαοῖς vel σαόῃς· carmini recentissimo contractiones σαῶσι σαοῖς [σαοῖ (sive assimulatas σοῶσι σοοῖς σοοῖ) non abrogabo, cum traditioni proximae sint et diductae σαόωσι σαόῃς σαόῃ non nisi eiectis voculis με et τε versibus includi possint. Denique infinitivi γυμνοῦσθαι ζ 222[1] et γουνοῦσθαι κ 321[2] in Odyssea tolerandi.

Ceterum ut vix casui tribuam quod παχνοῦται γουνοῦμαι δῄουν semper ita utitur poëta, ut solvere ea nobis liceat, tamen, cum in prima sede hae formae extent, rhapsodi antiquitus diphthongum ου adamasse videntur, certo iam ante saeculum medium sextum: nam dum Anacreo cantat «γουνοῦμαί σ', ἐλαφηβόλε» (fr. 1, 1 B.) non iam nosse γουνόομαι eum perquam verisimile est.

X.

De formis verborum in -μι desinentium contractis.

Verborum in -μι exeuntium formas quae vulgo contractae habentur si accuratius inquisiveris complures specie fallere dignoscas, cum eorum vocalis producta sive diphthongus circumflectatur, orta illa non contractione sed productione quam vocant suppletoria; alias vero formas proprie conflatas

quidem videri, sed ita, ut nulla iam diaereseos vestigia remanerent. Igitur in hac materia inprimis discernendo opus erit, ne specie vel varietate formarum confundamur neve quod extricandum proposuerimus, implicatius evadat. Verum sequar exemplum R. Kuehneri, qui in arte graecae linguae (§ 286 sq.) de eiusmodi verborum formis accuratissime observavit et in originem earum diligentissime inquisivit.

Indicativi praes. activ. secundas tertiasque personas editores plerique Spitznerum secuti tamquam si vulgares contractiones essent circumflectunt, velut ἀνιεῖς E 880. (ἀνίῃς NO 2. m. S Cant. Lips. 2. m.) μεθιεῖς Z 523. (μεθίῃς L. N. Lips. Vrat. b. γρ. Eust.) δ 372 (μεθίῃς γρ. Eust.) προϊεῖ B 752. μεθιεῖ K 121. τιθεῖ N 732. παρτιθεῖ α 192. διδοῖς I 164. διδοῖσθα T 270. διδοῖ I 519. δ 237. ρ 350 etc. Quamquam I. Bekkerus e numero illorum excipiendus est: nam mutato accentu et diphthongo in vocalem productam conversa ἀνίῃς ἀνίῃ μεθίῃς δίδωσθα etc. edidit; sed hac in re eum neque satis stabilitis grammaticae legibus ductum esse neque constantem fuisse, cum tertias personas προϊεῖ μεθιεῖ τιθεῖ παρτιθεῖ non mutasset, Cobetus demonstravit, miscell. crit. p. 281. A. Fickius vero dum aeolicas formas suo reddit Homero, aeolice quoque παροξυτονεῖ, ut δίδοι δ 237, μετίῃς 372. Iam si recte se habent formae in melioribus codicibus traditae (ἵεις τίθεις ἵει τίθει), eas sane contractione ortas esse non concedere non debebis; adiectum autem, si G. Meyerum (Gr. Gr. § 446 sq.) audimus, stirpi productae τιθη primum putant suffixum σι, tum formam τίθησι littera σ intereunte corruptam esse in *τιθηι; hanc suffixo secundario -σ amplificatam τίθεις fieri; eadem ratione e formis *φερε-σι, *φερει + σ, oriri φέρεις. Sed haec cum comprobari nequeant nisi iam ante Homeri aetatem contractionem verborum in -έω pervulgatam fuisse statueris, haud scio an ἵῃς τίθῃς simplicius abiecta termini vocali ex *ἵη-σι *τίθη-σι derivemus et cum Bekkero et Fickio quamquam nullis aliis testimoniis nisi deteriorum lib-

rorum lectionibus innisi reponamus. Vide etiam ne in Vindobonensis codicis C scriptura ἐδίδως τ 367 vestigium lateat, quod iuxta διδοῖς διδοῖσθα διδοῖ formas non diphthongo οι sed vocali ω insignes fuisse doceat.

Difficilior est causa tertiae personae; huius suffixum -τι transiisse in Iade et Atthide in -σι constat, τίθησι ἵησι *φερεσι; unde qua ratione correptae formae τίθει ἵει φέρει ortae sint, grammatici litigant et plerumque analogiam secuti proportione utuntur (G. Meyer l. l. § 450):

φέρεις: *φέρει = φέροις: φέροι = ἔφερες: ἔφερε.

Igitur si secundam personam horum verborum ἵης τίθης fuisse statueris, tertiae personae expectabis formam ἵη τίθη (δίδω), non ἵει τίθει (δίδοι). At haec forma non solum omni traditionis fide caret, sed etiam eo nomine suspecta est quod Aeoles τίθει δίδοι non τίθη δίδω dixisse constat. In lubrica igitur causa nihil reliquum esse videtur nisi ut aut veterum grammaticorum rationem, τιθεῖ διδοῖ ad analogiam verborum contractorum revocantium, probemus, aut a rhapsodis sonos η et ει tam saepe commutantibus primum τίθη in τίθει τιθεῖ, dein etiam τίθης in τίθεις τιθεῖς detortum esse et tertiae personae formas τίθει δίδοι etiam in aeolicam dialectum irrepsisse statuamus. Verum etsi haec omnia clara in luce ponere non poterimus (neque enim ad hanc curam pertinet), tamen id tenendum est ridendos esse si qui in circumflectendis formis διδοῖς διδοῖ veterum grammaticorum lusibus ut testimoniis utantur. Nam Aristarchum ad analogiam verborum in -όω formas illas declinare voluisse docemur e schol. A ad I 164: «διδοῖς, ὡς ὀρθοῖς. οὕτως καὶ Ἀρίσταρχος. καὶ γὰρ τὸ τρίτον διδοῖ.» et schol. B ad T 270: «δίδοισθα· οἱ μὲν βαρύνουσιν ὡς Αἰολικόν, ἀπὸ τοῦ δίδοιμι, οἱ δὲ περισπῶσιν, ἐπέκτασιν εἶναι οἰόμενοι ἀπὸ τοῦ διδοῖς.» Quis enim hodie tam insanus ut *διδω-σι δίδοις cum *ὀρθό-εις ὀρθοῖς comparet? Quamquam de accentu in ultima syllaba posito non magnam rixam movebo; compluribus enim e causis circumflexio manasse videtur: aut quod extremae syllabae

(praeter unum παρτιθεῖ α 192) in arsi augebantur, aut quod praesentis formae ab imperfectis προΐεις τίθει ἵει sonis discernebantur aut analogia contractarum formarum, ut in ἰχθῦς δρῦς (v. p. 56), falsos effecit accentus.

Pluralis tertias personas contractas videri, non esse moneo ἱστᾶσι N 336. πιμπλᾶσι Φ 23. διασκιδνᾶσι E 526. ἱεῖσι Γ 152. προϊεῖσι Λ 270. τιθεῖσι Π 262. διδοῦσι B 255. T 265. α 313. ρ 450. σ 279. ῥηγνῦσι P 751; compositas enim esse constat e stirpibus et suffixo vulgari -ντι (νσι): ἵστα-ντι τίθε-ντι δίδο-ντι ῥήγνυ-ντι, qua de causa iure G. Meyer (Griech. Gr. § 456) acutos postulat accentus, praesertim cum tísthanti non tisthánti veteres Indi pronuntiaverint. Rursus atticas formas τιθέᾱσι διδόᾱσι non esse solutas illas ionicas — qui enim? — idem (l. l. § 457) docet, sed in has perfecti suffixum *αντι -ᾱσι immigrasse. Hoc vero suffixum ubi apud Homerum stirpibus in vocalem α desinentibus adicitur, aut cum hiatu additur ut in βεβάασι γεγάασι, aut cum thematum vocali coalescit, ut in ἑστᾶσ' Δ 245. I 44. Ξ 308, ἑστᾶσιν E 196. M 64. ἐφεστᾶσιν M 326, ἀφεστᾶσι N 738. Ξ 132, τεθνᾶσι H 328. X 52. λ 304. ο 349. Quae contractio ideo inter facillimas habenda est quod et eaedem vocales conflantur neque inter has media intercidit consona.*)

Modi optativi proprias vocales -ιη-, ut in sanscrita lingua -jâ-, cum antecedente thematis vocali hanc ob rem contractas esse Boppius censet, Vergleich. Gr. § 673, ut suffixa personarum graviora et clariora appareant. Hoc cum iam in sanscrita lingua factum sit, non igitur mirum est quod in Homero quoque id contractionis genus occurrit. Quamquam activi formae maximam partem Odysseae propria, nempe ἀπο-

*) Eiusdem generis est contractio nominis κάρα, cuius stirps κραα tria soluta exempla praebet (κράατα T 93. κράατος Ξ 177. κράατι χ 218), contracta vero (κρατός, κρατί, κρᾶτα etc.), si Seberum interroges, viginti septem.

δοῖτε χ 61 e. δοῖεν ζ 180³. η 148 e. ϑ 411¹. 413 e. ο 316³. ω 402 e.*) δοῖμεν β 336³. π 386³. διδοῖεν σ 142 e.*) ἐπιϑεῖτε χ 62 e. περιϑεῖεν γ 205 e.*) εἶτε φ 195²; in Iliade extat ἐπιϑεῖτε Ω 264³, φαῖμεν Β 81³, in intercalato illo Ὀνείρῳ Agamemnonis et Ω 222³, ἐπιβαῖεν Θ 512*), ubi ἐπιβῶσι Bentleius, ἐκδῦμεν (i. e. ἐκδυ-ιη-μεν; an ἐκδυῖμεν?) Π 99⁵ 'in recente lacinia' (Christius l. l.); in carminibus vetustis: δοῖμεν Ν 378¹ et tertiae personae δοῖεν Α 18 (Τ 264. Ψ 650. Ω 686 rec.) δαμεῖεν Γ 301. τλαῖεν Ρ 490. εἶεν Ψ 38*). Quodsi formas aoristi passivi primi, nempe διακοσμηϑεῖμεν Β 126⁵, ἀφορμηϑεῖεν Β 794⁵, διακρινϑεῖτε Γ 102⁵, πειρηϑεῖμεν π 305 e. fere in Iliade occurrunt, ne hoc quidem mirum: correptos enim optativos solos versus admittebant, cum διακοσμηϑείημεν (⏑ ⏑ – – – – –) nec priore nec posteriore hemistichio hexametri includi posset.

In coniunctivis contrahendis vel diducendis bene intellegi posse Kuehnerus existimat, quanta sit volubilitas formarum Homericarum. Quamquam si eos quos supra p. 148 congessi in memoriam tibi revocaveris, aut in extremo pede aut in carminibus novissimis excusandos esse concedes. Hoc etiam cadit in φϑῇσι Ψ 805 et φῇσι α 168. Quorum exemplo haud scio an non recte La Rocheus tutetur ᾗσι i. e. ἕῃσι in versibus Ο 358/9

μακρὴν ἠδ' εὐρεῖαν, ὅσον τ' ἐπὶ δουρὸς ἐρωή
γίγνεται, ὁππότ' ἀνὴρ σϑένεος πειρώμενος ᾗ σι·

nam versum 358 rhapsodo qui enuntiatum ὅσον . . . . ἐρωὴ supplendum censeret, ansam dedisse perspicuum e versu Φ 251, quem sine appendice legimus Πηλεΐδης δ' ἀπόρουσεν, ὅσον τ' ἐπὶ δουρὸς ἐρωή. Verum quibus laciniis v. Ο 359 continetur? Praedicatum γίγνεται interpolator sumpsit e formula πολέμου δ' οὐ γίνετ' ἐρωή Π 302. Ρ 761, reliqua autem vel e versu Ψ 432: (δίσκου), ὅν τ' αἰζηὸς ἀφῆκεν ἀνὴρ πειρώμενος ἥβης, vel

*) in tertiis personis quas olim in -ιαν desiisse verisimile est ideo contractio minus offendit, quod non -ιη- sed unum -ι- ad optativum formandum suffecit: τλα-ῖ-εν — τλαῖεν, v. G. Meyer l. l. § 584.

e Π 590 (αἰγανέης Fριπῆ), ἥν ῥά τ' ἀνὴρ ἀφέῃ πειρώμενος, quo in versu soluta apparet forma. Eodem modo pannus adsuitur versui Ω 44: . . . . οὐδέ Fοι αἰδώς. [γίνεται, ἥ τ' ἄνδρας μέγα σίνεται ἠδ' ὀνίνησιν]. Superat contractio gravior coniunctivi συνώμεθα N 381:

ἀλλ' ἕπευ, ὄφρ' ἐπὶ νηυσὶ συνώμεθα ποντοπόροισιν·

hic si formas rariores vetustioresque restitui licebit, malim «συνειόμεθ' ὠκυπόροισιν.» Ceteri coniunctivi verborum sunt quorum stirpes in vocalem ο exeunt: δῶ ι 356. υ 296. δῷς H 27. δῷσι A 129. α 379. β 144. δῶσι (i. e. δώωσι) Γ 66. I 136 (unus l. Barocc. δῶσ' ἐξαλαπάξαι, ceteri δώωσ' ἀλαπάξαι). ἀποδῷσιν ϑ 318. δῶμεν Ψ 537. ϑ 389. ν 13. περιδώμεθον Ψ 485. ἐπιδώμεθα X 254. γνῷς χ 373. γνῷ A 411. Π 273. γνῶσι Z 231. γνῶμεν X 382. γνῶτον φ 218. In his igitur formis aut similes vocales ο (ω) et ω aut dissimiles ο et η in unum coire videmus; illud quam facile fieri possit per se patet, hoc contractionis genus inprimis ionicum fuisse docent exempla ἐπιβώσομαι i. e. ἐπιβοήσομαι K 463 (X 254 H supr. script.). α 378. β 143, ἔβωσε Hippon. fr. 1, 1 B[4]. coniecit Schneidewin (ἐβόησε ms.), νωσάμενος Theogn. v. 1298, ὀγδώκοντα B 568. 652, cf. in titulis (doricis) Heracleensibus τετρώκοντα, πριῷ (i. e. πριόῃ), Curt. Stud. IV, 385. 394.

Imperativos et infinitivos aliquot falsa quam vocant analogia earum formarum, quae vocales ω et η iure habent, productis vocalibus formatos in carminibus recentissimis inveni: δίδωϑι et ἵληϑι γ 380, ἐμπίπληϑι Φ 311 in versibus qui ad Theomachiam pertinent; τιϑήμεναι Ψ 83. 247. τιϑήμενος K 34; διδοῦναι Ω 425, ubi alii teste Herodiano (περὶ μον. λέξ. 24, 4) rectius διδῶναι, id quod etiam Theogn. v. 1329 (διδῶν') praefero. Simili ratione imperfecta ἐδίδως τ 367 (sic unus C Vind.), ἐδίδον Hes. op. 139 Ahrensius iure postulavit loco formarum ἐδίδους ἐδίδουν; nam ut δίδωμι δίδωσι sanscrito dadâmi dadâsi respondent, ita imperfectis ádadâm adadâs

adadât graeca ἐδίδων ἐδίδως ἐδίδω respondisse olim verisimile est.

Verba in -υμι desinentia haec fere memoratu digna habent: contrahitur exitus υε in fine versuum: ὀμόργνῡ E 416 e. (ἀπ-) Σ 414e. ἀπώμνῡ β 377e. δαίνῡ Ψ 29 e.; sed incipit versum ὀμνυέτω T 175[1]. ὤμνυε Ξ 278[1]; quam ob rem ne δαίνυε quidem I 70 pro δαίνυ absonum videtur; contra Telemachiae forma δαίνῡ γ 309[4] necessaria est, cum υ in arsi extet. Ex optativorum numero contracti δαινῦτο Ω 665. δαινῦντο σ 248. λελῦντο σ 238, e coniunctis ζωννῦνται ω 89, cuncti in partibus recentioribus.

Restant singularia quaedam memoranda. Optativos ἀποφθίμην κ 51. φθῖτο λ 330 nemo distrahet, cum et Odysseae sint et duae vocales ιι, quarum altera stirpis, optativi signum altera est, facillime potuerint coire. Eodem modo coniunctivum κῆται (κεῖται) T 32. Ω 554. β 102. τ 147, de quo G. Curtius disputavit (Stud. VII, 100), ego cum Hartelio (Hom. Stud. III 11) in κείεται ubique solvere supervacaneum duco: uno in versu T 32, ut acceleretur numerus, «ἦν περ γὰρ κέεταί γε» praetulerim; etiam πτέεται loco πτῆται O 170 aptius videtur, cum celeritatem Iridis similitudo depingat, v. κραιπνῶς in versu 172. Denique δαμνᾷ ἀθανάτους Ξ 199, in δάμνασαι ἀθ. probabiliter post Porsonum et Ahrensium mutavit Cobetus misc. crit. 368, probabilius vero Christius δάμνης (a δάμνημι) restituit, siquidem haec forma facilius e textu eliminari poterat quam trita illa δάμνασαι.

XI.

De verbo substantivo εἰμί.

Acutissime adnotavit Godofredus Hermannus in Orphicis p. 824, cum in formam ὄντα (Argonaut. v. 1060) incucurrisset, sese dubitare an Odysseae versus η 94

ἀθανάτους ὄντας καὶ ἀγήρως ἤματα πάντα

ob id ipsum quod formam ὄντας haberet, non esset antiquus. Confirmatur viri doctissimi iudicium eo quod atticum ἀγήρως eiusdem versus non minus ferendum esse vidimus p. 51; igitur Koechlyo (de Od. carm. I, 33) adstipulabimur, qui hunc versum perinepte ex ε 136 traductum esse autumat. Etenim verbi substantivi radicem εσ (ε) et in titulis ionicis ad quartum usque saeculum integram servari Ermanus (Curt. Stud. V, 309) monuit formarum παρεόντος ἐόν[τα] ἐόντας testimonio usus*), et apud Homerum plenas inveniri formas constat praeterquam in isto versu (η 94) et Ξ 274. ω 491 ὦσι, T 202. ϑ 147. 580 ᾗσι, τ 489 οὔσης, τ 230 ὄντες. Horum e numero unum ὦσι ω 491 hanc excusationem impetrabit, ut in novissima Odysseae parte ferendum esse dicamus; contra in versu Ξ 274 μάρτυροι ὦσ' οἱ ἔνερθε θεοί mihi quidem Eustathii (984, 55) varia lectio «μάρτυροι ὅσσοι ἔνερθε θεοί» praeferenda atque adeo genuina esse videtur, siquidem coniunctivo verbi εἰμί carere poterimus, aeque atque in enuntiatis A 547. E 481. Λ 477. Ξ 376. ο 394. Tum formam ᾗσι ϑ 147, ubi ὄρφα κεν ᾗσιν libri ad unum omnes exhibent — solus D ὄφρα ἔῃσιν — facillime Bekkerus in ὄφρα κ' ἔῃσιν correxit (ὄφρ' ἂν ἔῃσιν La Rocheus), pariterque ϑ 580 pro «ἵνα ᾗσι» librorum ἵν' ἔῃσι proposuit. At idem versum T 202 immutatum edidit

καὶ μένος οὐ τόσον ᾗσιν ἐνὶ στήθεσσιν ἐμοῖσιν·

ego emendandum censeo facili cum verborum transpositione

καὶ μένος οὐκ ἐνέῃσι τόσον στήθεσσιν ἐμοῖσιν.

Verum τ 230 libri paene omnes ὡς οἱ χρύσεοι ὄντες tradiderunt: editores dum «ὡς οἱ χρύσεοι ἐόντες praetulerunt, novam synizesin (v. p. 48) non horruerunt. Ego aut pronomine οἱ eiecto χρύσειοι ἐόντες restituam aut ὡς οἱ χρυσοῦ ἐόντες pro-

*) adde e. g. ἐόντες in titulo Chio, Roehl IGA. 381 = Cauer[2] 496 b 25. In decretis Mylasiis atticas ionicasque formas una apparere, in Thasio titulo saeculi IV. solam atticam idem Ermanus l. l. observavit.

ponam; nam genetivus materiae apud Homerum saepe substantivo additur (cf. Krueger, Dial.-Gr. § 47, 8, 1), rarius verbo substantivo, ut E 726 πλῆμναι δ' ἀργύρου εἰσί, Λ 24 οἶμοι ἔσαν — κυάνοιο, — χρυσοῦ, — κασσιτέροιο. Cf. Demosth. 22, 70. 24, 177. Denique versui τ 489 «οὐδὲ τροφοῦ οὔσης σεῦ ἀφέξομαι» iam Nauckius (Mél. Gr.-Rs. IV, 620) medelam optimam admovit, dum 'οὐδὲ τροφοῦ περ σεῖο' coniecit.

XII.

De singularibus gravioris contractionis et synizeseos exemplis.

Iam ut id praestem quod supra (p. 25) promisi, me aliquam partem formarum coactarum, quas Christius (proll. p. 173 sq.) in tabulis congessit, emendando esse amoturum, difficiliora haec contractionis et synizeseos genera cum antea tractandi occasio defuerit, hac paragrapho singillatim tractabo. Quae in duas classes distinguam: prioris vocabula eas vocales, quae praeter morem, plerumque digammo oppresso, conflantur, in semet ipsis habent ut ἄϝεθλον ἆθλον, alterius exempla ea sunt in quibus synizesis sive crasis inter duorum vocabulorum syllabas, extremam prioris, primam insequentis intercidit, ut Ἐνυαλίῳ ἀνδρεϊφόντῃ.

Igitur prioris classis sunt:

π 367: οὔ ποτ' ἐπ' ἠπείρου νύκτ' ἄσαμεν, ἀλλ' ἐνὶ πόντῳ·
etenim licet adhuc incertum esse videatur, utrum ἄϝεσα (quievi) stirpem vas (habitare) an αϝ (spirare) habeat (cf. Curt. Gr. Et.[5] 387), tamen, cum ubique ἄεσα ἀέσαι ἄεσαν ἀέσαμεν (τ 342. ο 40. γ 490. ο 188. γ 151) cum diductis vocalibus occurrat, non possumus non mirari quod uno illo loco contractio traditur neque vero id quod ibidem liber K optimae notae variam lectionem ἀέσσαμεν exhibet: hunc enim aoristum a stirpe supposita 'vas' recte descendere docent similia τέλεσ-σα νείκεσ-σα.

Itaque haud scio an pristina fuerit versus forma «οὔ ποτε νύκτ' ἠπείρῳ ἀϜέσσαμεν, ἀλλ' ἐνὶ πόντῳ». Quid enim? Nonne idem locativo ἠπείρῳ uti poterat qui inter alios multos χέρσῳ Δ 425 usus est?*) De exitu ῳ correpto dicit Hoffmannus in quaestt. homer. I, 60: «ῳ vocalis usque ad librum N corripitur locis centum quinque quavis in thesi».

Vocabula ἄϜεθλον ἀϜεθλέω medio digammo insignia olim fuisse cognata va(d)s wette docent; itaque contracta ἆθλον ἀθλέω offensionem iure movebant. Sed haec apud Homerum uno excepto loco nulla apparent nisi recentissimis in carminibus: ἀθλοφόρος I 124. 266 in Presbea, Λ 699 in Nestoris cum Patroclo colloquio; ἀθλεύων Ω 734 in naenia Andromaches; ἆθλον ἀθλητήρ ϑ 160. 164 in libro additicio; ἀθλήσαντε H 453 in carmine «νεκρῶν ἀναίρεσις» quod Hermannus Lachmannus Kayserus Koechlyus Christius inter recentissima rettulit. Superat unus versus vestutioris Iliadis O 30

Ἄργος ἐς ἱππόβοτον, καὶ πολλά περ ἀθλήσαντα,

ubi «καί περ μέγ' ἀϜεθλήσαντα» sive «καὶ πολλά γ' ἀϜεθλήσαντα» mutandum esse suspicor.

Nomen ἄτη olim ἀϜάτη fuisse docet Pindarica forma αὐάτα (P. 2, 28. 3, 24), quam quidem cum diphthongus αυ corripiatur, rectius ἀϜάτα Tych. Mommsen scribit. Eiusdem generis verbum ἀϜάω esse constat: huius formae fere omnes diductae in libris leguntur, nulla tamen nominis ἄτη; sed hoc cum in viginti septem versibus Homeri Hesiodique ita esset collocatum, ut contracta forma diaeresin admitteret, iure Nauckius non casui id tribuendum ratus et Pindari aliisque diductae formae testibus innixus in versibus illis Homericis ἀάτη scribere non dubitavit, cf. Mél. Gr.-Rs. III, 230 sq. Christius tamen (proll. p. 177) cum et verbi et nominis formas aliquot diaeresi resistere videret, uni versui Θ 237 ut nimis σπονδειάζοντι formam ἀάτῃ concessit, ceteris negavit. Ego cum hanc diductionem,

*) cf. E. Th. Schneidewind, de casus locativi vestigiis apud Homerum et Hesiodum (Halae 1863), p. 34.

quae etymologia probatur, non modo ante Homerum in usu hominum viguisse conicerem, sed post eius aetatem non intermortuam esse cernerem, in Nauckii partes ire malo neque locos qui resistant emendari posse despero. Inter hos praesto nobis emendatio est clausulae «Ἀλεξάνδρου ἕνεκ' ἄτης» Γ 100. Z 356: nam in versu priore Aristarchum, in posteriore Zenodotum cum Vrat. c. et Apollon. de Synt. 133, 6 nomen ἀρχῆς loco ἄτης legisse constat; id quod et per se apte illis locis dici potest et nonnihil eo firmatur, quod Paridis naves E 62 ἀρχέκακοι audiunt eiusque raptus Helenae X 116 νείκεος ἀρχή appellatur. Minus tamen probanda est lectio Aristarchi (schol. V.) et Vrat. A ἀρχῆς in versu Ω 28: sed huic libro maiorem numerum recentiorum formarum, inprimis in versuum fine, concedendum esse saepius vidimus. Dein summam difficultatem emendaturo parat v. T 88: .... ἐγὼ δ' οὐκ αἴτιός εἰμι»

ἀλλὰ Ζεὺς καὶ Μοῖρα καὶ ἠεροφοῖτις Ἐρινύς,
οἵ τέ μοι εἰν ἀγορῇ φρεσὶν ἔμβαλον ἄγριον ἄτην.

Tentavit Nauckius l. l.: βάλον ἄγριον ἐν φρεσὶ θυμόν», Sittelius (Phil. XLIII, 12): «ἀάτην φρεσὶν ἔμβαλον αἰνήν», ego «ἀάτην βάλον ἐν φρεσὶ λυγρήν» vel «ἀάτην φρεσὶν ἔμβαλον ἀργόν»; (nam celeris est Occaecatio, v. I 505). Sed in his coniecturis haud scio an lectorum animi nimia verborum traditorum inversione laedantur. Quamquam id perspicuum est, si medelam adhibere velis, transponendo opus esse, neque veri dissimile rhapsodorum aliquem nomen ἄτη in extremo versu collocasse quo facilius insequens de Occaecatione carmen adnecteret. Verum eodem in carmine etiam verbum ἄσατο suspicionem movit in versu T 95

καί γὰρ δή νύ ποτε Ζῆν' ἄσατο, τόν περ ἄριστον,

ubi Didymus testatur libros Aristarcheos «Ζεύς» exhibuisse, temerarios quosdam (τοὺς εἰκαιοτέρους) «Ζῆν'». Ego duplicem formam habuisse versum existimo, quae separata olim paullatim contaminabatur: aut «καὶ γὰρ δὴ νῦν Ζεύς ποτ' ἀάσατο» aut «καὶ γὰρ δή νύ ποτε Ζῆν' ἄασε». Restat in Odyssea versus ille miseri Elpenoris, λ 61:

ἄσέ με δαίμονος αἶσα κακὴ καὶ ἀθέσφατος οἶνος.

Nauckius pronomine με eiecto ἄασε diduxit; si quis obiectum retinere malit, ei coniecturam «ἄασέ με Διὸς αἶσα κακή» commendabo. Nam cum δαίμονος αἶσα nullo alio loco occurrat, sed Διὸς αἶσα I 608. P 321 et Διὸς αἶσα κακή ι 52, haud scio an religione ductus is sit qui culpam a Iove in semideum quendam infernum transferendam esse censeret. Productae vero vocalis ε in arsi exempla et Hoffmannus, quaestt. homer. I, 163, et Oscar Meyerus, quaestt. homer. p. 130 sq., congessit, ut in vv. Δ 155. 338. E 359. Λ 378. O 478. Π 373. T 400. Φ 474. Υ 242. γ 230. ϑ 87. λ 530, cf. p. 94 adn.

Verbum ἀείρω cum proprie sit ἀϜείρω (v. Curt. Et.[5] 348) apud Homerum a diductis vocalibus incipere constat, apud Atticos a diphthongo (αἴρω). Quamquam atticae corruptelae labem traxit participium in versu P 724

. . . . ἐπὶ δ' ἴαχε λαὸς ὄπισθε*)
Τρωϊκός, ὡς ἐϜίδοντο νέκυν αἴροντας**) Ἀχαιούς·

Adnotavit Nauckius: 'versus aut corruptus aut spurius'. Et expungere quidem hunc versum uno nomine deformem ideo nolim quod dubium relinqueretur quo λαός et similitudo quae insequitur spectaret. Itaque cum emendando opus esse mihi persuasissem, proponebam olim:

Τρωϊκός, ὡς ἄρ' ἀείροντας Ϝίδε νέκρὸν Ἀχαιούς·

displicet nunc quod et inversio audacissima est et caesura κατὰ τρίτον τροχαῖον divellitur; tum quod prius hemistichium etiam in v. Π 278 fertur. Quid restat? Nimirum forma αἴροντας (αἴραντας) diducenda est; quam si quis in ἀϜέραντας discribat nisus Hesychii glossa «ἀέρης· ἄρης βαστάσης», ego non valde recusem. Sed eodem iure ᾱείροντας, natum illud ex ἀϜείροντας, ut ᾱείδω (ρ 519, Il. parv. fr. 1, 1 K.) ex ἀϜείδω, Homerus producere poterat. Quae productio licet in ipsius carminibus non inveniatur, tamen epici cycli poëtas ea usos esse veri

*) corrige collato v. Π 368: ὄπιθεν δ' ἐπιϜίαχε λαός.

**) αἴραντας ll. A Harl. Vrat. d., ᾄραντας Et. M. 38, 17.

simile est, siquidem eorum imitatores id fecerunt, ut Oppianus saepissime 'ᾱείρω in Cynegeticis I, 177. 346. 536. II, 172. 216 etc.*) 'ᾱείδω Theocrit. idyll. 18, 36. 24 (19), 75. Igitur sic constituam v. P 724

Τρωϊκός, ὡς ἔϜιδον**) νέκυν 'ᾱείροντας 'Αχαιούς.

Nam hoc non audacius esse existimo quam si quis proponat «ὡς ἐϜίδοντο | ἀείροντάς μιν 'Αχαιούς»; sic enim et hiulca fit caesura et pronomen μιν claudicat. Praeterea contractum participium ἀρθείς ferre se posse iure negavit Leeuwen (Mnem. nov. ser. XIII, p. II, 190), magnaque cum probabilitate in v. ε 393 «μεγάλῳ ἐπὶ κύματ' ἀερθείς» correxit; eadem forma relinquitur in v. N 63 (ἴρηξ) ὅς ῥά τ' ἀπ' αἰγίλιπος πέτρης περιμήκεος ἀρθείς; an «περίμηκες ἀϜερθείς»? Denique cavendum est ne quis Ψ 724 «ἤ ἔμ' ἀνάειρ' ἢ ἐγὼ σέ» traditis verbis «ἤ μ' ἀνάειρ' ἢ ἐγὼ σέ» praeferat; nam La Rocheus l. l. monuit encliticum (με) vicem pronominis quod vocant ὀρθοτόνου interdum tenere.***)

Dein verbum ὀΐω vel ὀΐομαι legitur in utroque Homeri carmine atque adeo in recentissimis partibus cum separatis vocalibus ὀ et ι, quas digammo quondam diremptas esse statuas; at quattuordecim loci, quibus οἱ in diphthongum coaluit, iure suspicionem et Christio et nuper Leeuweno (Mnem. nov. s. III, p. 202 sq.) movebant. Sunt autem hae formae: οἴω E 252. I 315. K 105. Λ 763. P 709. T 71. Υ 362. Ω 727, ubique in exitu; O 298[4]. Φ 553[4]. Ψ 310[4] in medio versu; οἴομαι κ 193[5]; οἴοιτο ρ 580[4]. χ 12[2]. Quodsi in parte codicum fere deterrimorum haec exempla

*) Alia exempla Fr. Jacobs ad versum anthol. graec. XVI, 187, 2 (ubi ἀείρας - - -) adnotavit (tom. IV, p. 862) ex Oppiani Cyneg.: IV, 211. 255. 272.

**) εἶδον, non εἴδοντο habet edit. Florentina.

***) Lehrsius (quaestt. epp. 259) ne Panopolitano quidem poëtae formam αἴρω concedit, cf. Nonn.paraphr. K 60: ὄφρα μιν αἴρω; ἀρῶ l. Palat., λάβω Ioannes, εὕρω Lehrsius e coniectura.

punctis diaereseos (ὀΐω) insignia sunt, ego hoc vestigium genuinae lectionis non habeo cum puncta illa litterae ι inscripta nullius momenti esse videam, praesertim in libris Vindobonensibus.

E 252: μή τι φόβονδ' ἀγόρευ', ἐπεὶ οὐδέ σε πεισέμεν οἴω. Christius πεῖσαι ὀΐω coniecit, sed aoristum verbo ὀΐω adiunctum ad res perfectas spectare video, A 558. K 551. γ 27. τ 568. Leeuwen ad exemplum v. A 289 corrigendum putat «ἐπεὶ οὐ πείσεσθαι ὀΐω»; sed sensus nimis immutatur. Ego malim «ἐπεὶ οὐ πείσειν γέ σ' ὀΐω».

I 315: οὔτ' ἐμέ γ' 'Ατρεΐδην 'Αγαμέμνονα πεισέμεν οἴω, ubi cum Leeuweno invertendum esse censeo in hunc modum «πείσειν 'Αγαμέμνον' ὀΐω»; neque enim ubique nomina 'Ατρεΐδης 'Αγαμέμνων iuxta posita legi, sed interdum etiam verbo seiuncta, ut I 331. Ω 687.

K 105: ἀλλά μιν οἴω; Leeuwen ἀλλά F' ὀΐω.

Λ 763: ἦ τέ μιν οἴω; in Nauckii editione «ἦ μιν ὀΐω» proponitur, sed coniunctio ἦ τε cum rarissima sit, retinenda est; an ἦ τέ F' ὀΐω?

P 709: οὐδέ μιν οἴω; οὐδέ F' οἴω Christius. (ὀΐωACD).

T 71: ἀλλά τιν' οἴω; ἦ τιν' ὀΐω Christius, idem Leeuwen l. l.

Y 362: οὐδέ τιν' οἴω; οὔ τιν' ὀΐω Christius, idem Leeuwen. Negatio οὐ incipit ἀσυνδέτως in quinto pede enuntiatum e. g. E 812. Π 707.*)

Ω 727: οὐδέ μιν οἴω; Christius «οὐδέ F' ὀΐω antiquus poëta dixisset»; recte ille quidem, cum in naeniis ultimi carminis nefas sit ἀρχαΐζειν.

O 298: τὸν δ' οἴω καὶ μεμαῶτα; aut cum Leeuweno mutandum erit «ὀΐω δέ Fε κ. μ.», aut, ne vis pronominis τὸν

*) A 170 οὐδέ σοι οἴω cum Thierschio expectes: sed cum septem locis pronomen μοι elidatur, librorum traditio οὐδέ σ' ὀΐω adhuc praeferenda est, cf. Cobeti misc. crit. p. 345; aut cum Christio scribendum erit οὔ σοι ὀΐω.

evanescat, invertendum «τὸν καὶ μεμαῶτα ὀΐω», idque cum hiatu concesso.

Φ 533: Ἀχιλλεύς | ἐγγὺς ὅδε κλονέων· νῦν οἴω λοίγι' ἔσεσθαι; an ὀΐω νῦν λ. ἔ.? Nam audacius, si verborum ordinem spectas, melius, si sensum, transponunt Christius Leeuwenus: νῦν λοίγι' ἔσεσθαι ὀΐω.

Ψ 310: τῷ τ' οἴω λοίγι' ἔσεσθαι; «τῷ ὀΐω» apud Nauckium proponitur; facilius emendes «τό γ' ὀΐω» cum neutrum τό significet 'quamobrem' in vv. Γ 176. Η 239. Μ 9. Ρ 404. Τ 213. ϑ 332, τῷ κ' et τό κεν libri varient Ψ 547. Adde quod Suriae rescriptus liber Γ' ΟΙΩ habet.

ρ 580, χ 12: «εἴ πέρ κ' ὀΐοιτο καὶ ἄλλος» et «μέμβλετο· τίς κ' ὀΐοιτο» diducere per versum licet.

κ 193: ἐγὼ δ' οὐκ οἴομαι εἶναι; antiquam clausulam ἔμμεν ὀΐω fuisse docent similia ἔμμεν ἀρίστη Σ 364. π 419, ἔμμεν ἑταίρους ξ 332 = τ 289 etc.

At dudum audire mihi videor indignationes eorum qui omnino damnent hanc coniecturarum rationem quae in transponendis et invertendis verbis traditis ponitur. Qua et nunc et antea large me usum esse fateor et iure esse usum; nam ut acquiescant qui codicum fidem nimis amplexentur, exempla offeram non consulto conlecta sed casu obiecta, quae ne libros quidem in ordine duorum vel plurium verborum constantes esse doceant.

Collocatio praeferenda:	Collocatio neglegenda:
Α 239: ἔσσεται ὅρκος ll. meliores.	ὅρκος ἐσεῖται G. Barocc.
Α 287: περὶ πάντων ἔμμεναι mel.	πάντων περιέμμεναι Eust. 105,19.
Α 299: ἀφέλεσθέ γε δόντες libri.	ἐθέλεις ἀφελέσθαι Zenodotus.
Α 591: βηλοῦ (an βηλοί'?) ἀπό Clem. Alex. Protr. p. 25.	ἀπὸ βηλοῦ libri.
Γ 245: θεῶν φέρον ll.	φέρον θεῶν Athen. X, 425. D.
Γ 442: ὣδέ γ' ἔρως φρένας ll.	ὧδε φρένᾶς ἔρως (ἔρος?) Eust. 431, 46.

Z 301: Ἀθήνῃ χεῖρας ἀνέσχον ll. meliores.	χεῖρας ἀνέσχον Ἀθήνῃ, Ven. N, cf. p. 42.
Θ 526: ἔλπομαι εὐχόμενος Zenodotus.	εὔχομαι ἐλπόμενος Aristarch.
Λ 108: κατὰ στῆθος βάλε δουρί ll. mell.	βάλεν χαλκήρεϊ δουρί D, Vrat. b. A.
Λ 305: ζέφυρος νέφεα Strabo I, 29, L. S.	νέφεα ζέφυρος ceteri, v. Christ. epileg. p. 736.
Ξ 235: ἰδέω χάριν ll. ad unum omnes.	χάριν εἰδέω Aristarchus, L.
O 94: οἷος ἐκείνου θυμός ll. mell.	οἷος θυμὸς ἐκείνου Lips.
O 214: Ἡφαίστου τε καὶ Ἑρμείαο, schol. A, v. p. 35.	Ἑρμείω τε καὶ Ἡφαίστοιο libri.
O 498: καὶ οἶκος καὶ κλῆρος ll.	καὶ κλῆρος καὶ οἶκος Lycurgus.
T 47: Ἄρεος θεράποντε ll.	θεράποντες Ἄρηος Eust.
Ω 798: πυκνοῖσιν λάεσσι κατεστόρεσαν μεγάλοισιν ll. mell.	πυκνοῖσι μεγάλοισι κατεστόρεσαν λάεσσι, L. Lips.
ρ 371: γάρ μιν πρόσθεν vulg.	γὰρ πρόσθεν μιν Aug. Flor. KLNPS.*)

Similis formae οἴω contractio occurrit in v. Ω 457

δή ῥα τόθ' Ἑρμείας ἐριούνιος ᾦξε γέροντι

de qua sollertissimus vir La Rocheus observavit «ᾦξε, nur hier, sonst ὤιξε, wie bei den Attikern ᾖξε für ἤιξε». Certe haec forma ne in ultimo quidem carmine ferenda erit, siquidem in eodem ὤιξε v. 446 invenimus, et variae lectiones ὠιϊξε D, ὤϊξε G. Vrat. A accedunt. Sed quomodo sit emendandum, haud facile discernas: aut «Ἑρμείας ἀκάκητ' ὤιξε γέροντι» immutandum esse duco aut invertendum «Ἑρμείας ὤιξε γέροντ' ἐριούνης.»

In numero gravissimarum synizeseon est quae fertur Ψ 226:

---

*) Cf. quoque Soph. Ant. 1115 ἄγαλμα νύμφας Nauckius, νύμφας ἄγαλμα ll. Hes. scut. 202: Διὸς καὶ Λητοῦς (i. e. Λητόος) υἱός M 3. Harl. Med., editores; Λητοῦς καὶ Διὸς υἱός libri ceteri.

ἦμος δ' Ἑωσφόρος εἶσι φόως ἐρέων ἐπὶ γαῖαν,
ὅν τε μετὰ κροκόπεπλος ὑπεὶρ ἅλα κίδναται Ἠώς,
τῆμος πυρκαϊὴ ἐμαραίνετο, παύσατο δὲ φλόξ.

Etenim nomen ἠώς medium digamma habuisse intellegitur e laconico ἀβώ· πρωΐ Λάκωνες Hes., aeolico αὔως, latino *aus-osa, aurora aliisque vocibus cognatis, v. Curt. Et.[5] 400; adde quod veteris Iadis forma ubique vocalem η, ubique spiritum lenem gestat; contra atticam formam esse ἕως patet et ob ε vocalem et propter δασύτητα vocis: nam quod in Iade est ἠέλιος οὖρος ἤμβροτον ἐέρσῃ, id in Atthide ἥλιος ὅρος ἁμαρτάνω ἕρσῃ. Optimo iure igitur Nauckius in apparatu „ἑωσφόρος ferri non potest" adnotavit. Nam si in Pindaro ἀωσφόρος (Isth. III 41) contrahitur, quid hoc ad Homerum? Ad emendationes confugiendum: Ϝέσπερος olim Nauckius proposuit (Mél. Gr.-Rs. III, 244); sed Luciferum nemo non expectat; aliter Rzachius in commentariolo „Ἑωσφόρος bei Homer u. Hesiod" (Zeitschr. f. d. österr. Gymn. XXVIII. 1877, p. 102) in locum formae suspectae substituit „Φοωσφόρος cum synizesi, ut βοῶν ap. Hes. Th. 983." Unde quid lucri faciemus? Nam ut mittam, monstruosum esse et ab Homero alienum φοωσφόρος, cum φαοσφόρος sive φαεσφόρος etymologia poscat, primum non leviorem synizesin adepti sumus, cum φάος quoque medio digammo insigne fuerit. Tum nonne eum leges criticae artis violare censebimus, qui nisus Hesiodeo βοῶν, quod spuriis in versibus extat, ceterum apud poëtam in hac re parum politum, versum Homeri, si non antiquissimum, at in carmine tersissimo extantem, ita deformet? Sane cautior Christius qui «εὖτε δ' ἑωσφόρος» proposuit; synizesin sustulit, atticam formam reliquit. Hanc quoque vitari posse eiecta particula δ', quae abest in schol. Θ 1, et revocata genuina forma ἠοσφόρος iudico; sed ne haec quidem nobis ficta est; prompsit enim Ahrensius (K. Z. III, 113) e Theognosto (p. 97, 4) formam Ἠωσφόρος, postulavit idem hoc loco Ἠοσφόρος, sed in eo quod τρισυλλάβως legi iubet, acquievit.

Quodsi ἦμος in εὖτ' mutavimus, hoc nemo audaciae tribuet qui locum simillimum de Veneris stella inspexerit, ν 93 sq., ubi coniunctiones εὖτ' — τῆμος sibi respondent. Quid enim? An libri ubique sibi constant? Nonne εὖτ' Γ 10 omnes praeter G, qui ὥς τ' habet? Aut μ 312 ἦμος δέ libri, ἀλλ' ὅτε δή Porphyrius (K 252) exhibet? Verum praesens εἶσι — ᾖε expectes — me quidem non offendit, cum in rebus caelestibus praesenti tempore utatur poëta, v. E 341/2. α 70. ε 79. ν 348. π 161, Friedlaender in Phil. VI, 669 sq. Ergo et Homeri versum edendum esse censeo

εὖτ' ἠοσφόρος εἶσι φόος Ϝερέων ἐπὶ γαῖαν

et Hes. Th. 381 «τίκτ' Ἠοσφόρον» corrigendam duco librorum lectionem τίκτεν Ἑωσφόρον.

Nominis χρειώ plena forma novies traditur, correpta χρεώ decies quinquies cum synizesi legitur. Quae quidem excusatur in fine versuum I 197. K 85. Λ 409. Σ 406. Φ 322. Ψ 308. α 225. δ 707. Ceterum hi praeter unum Λ 409 in partibus recentioribus extant; eandem ob causam χρεώ ferendum est mediis in versibus I 75[4]. 608[1]. K 43[1] et in Odyssea δ 634[4]. ι 136[4]. ο 201[4]. Quodsi igitur L. Meyerus (K. Z. VII, 208) χρεώ ubique in χρή mutare non dubitat, ego hoc ut necessarium esse non video, ita in uno versu Λ 409 utique concedo.*) Neque enim veri simile est insuavi synizesi χρεώ toties vulgarem formam χρή loco esse summotam; ceterum haud scio an χρή quoque contractum sit e χρεή, nisi cum Benfeio (K. Z. VIII, 93) tertiam personam verbi *χρῆμι esse statuas. Restat χρεώ contractum simul et correptum ante vocalem in v. Λ 606 «τί δέ σε χρεώ ἐμεῖο»; Christii alteram coniecturam

*) Memoratu digna est L. Meyeri de synizesi sententia l. l., cui si non semper, tamen plerumque assentior: «Überhaupt ist alle Synizese nur ein Eigensinn späterer Schrift, und deshalb für die Homerischen Dichtungen, die lange gesungen wurden, ehe man sie in Schriftzeichen einzwängte, im höchsten Grade bedenklich.»

τί δ' ἐμεῦ χρεώ equidem propter formam ἐμεῦ non accipiam, alteram vero τί δὲ χρεῖος ἐμεῖο non possum non probare, nisi quod loco χρεῖος etiam χρειώ e versu A 341 restituere licebit.

Superant formae quattuor: δαέρων Ω 769, cum proprie sit δαFέρων, non ferendum esset, nisi in naenia Helenae inveniretur. Etiam ἧξε pro ἔFαξε Ψ 392 propter carminis aetatem erunt qui defendant: quamquam Hoffmannus (quaestt. hom. II, 93) difficultatem coniectura «ἵππειον Fοι ἔFαξε» sustulisse videtur. Sed asyndeton quod ille intercedere iussit, equidem haud facile defendam; quamobrem malim «τῷ δ' ἵππειον ἔFαξε». Eodem in carmine δίσκουρα Ψ 523 iuxta δίσκου οὖρα Ψ 431 occurrit. Si corrigendum est, vocabulo καὶ, cum non sit necessarium, eiecto scribam

λείπετ', ἀτὰρ τὰ πρῶτ' ἐς δίσκου οὖρα λέλειπτο.

Iam Alexandrinos in synthesi δίσκουρα offensos esse e scholiis intellegas. Denique ὑπερδέα P 330 editores, ut La Rocheus, τρισυλλάβως pronuntiandum censent, ut quod ex ὑπερδεέα sit contractum. Sed aliquantum obstat, quod ὑπερδεFής proprie fuit. Difficultatem effugiemus, si hyphaeresin vocalis ε in forma ὑπερδέFα statuemus, quam in aliis adiectivis, ut in νηλέϊ i. e. νηλεέϊ sive in ἠλέ i. e. ἠλεέ, inesse constat.

E numero adverbiorum Homericorum etsi de origine vocis ῥεῖα ῥέα adhuc certatur, cum alii Fρέα alii FρέFια esse velint, id tamen pro certo habendum est iuxta ῥεῖα ῥηΐδιος synizesin ῥέα non esse ferendam. Et in vv. M 381 et Υ 101, quorum ille desinit in οὐδέ κέ μιν ῥέα hic in οὔ κε μάλα ῥέα, nisi licentiam ultimi pedis concedemus, artificiosas coniecturas accipiamus necesse erit, in illo Nauckii (οὐδέ κε ῥεῖα | χερσί μιν), in hoc Payne-Knightii (οὔ κέ με ῥεῖα); quamquam haud scio an simplicius in v. carminis M «οὔ κέ Fε ῥεῖα reponamus, et ῥέα Υ 101 in recenti rhapsodia Αἰνείου ἀριστείᾳ excusemus. Corrigendo autem procul dubio opus esse in v. N 144 (Υ 263)

ῥέα διελεύσεσθαι κλισίας καὶ νῆας 'Αχαιῶν

cum editores intellexissent, Nauckius proposuit ῥεῖα διΐξεσθαι, Christius ῥᾶ διελεύσεσθαι: illius coniectura haud scio an a traditis litteris nimis discrepet, huius a sermone epico; nam ῥᾷ quantum scio Alcman (Apollon. de adverb. p. 566), Sophocles, Io (Strab. VIII, 364) usurpaverunt. Aliam emendandi viam libri ACD monstrant, qui dum ῥεῖα δ' ἐλεύσεσθαι tradant vocalem ι per hyphaeresin suppressam volunt. Eiusmodi exempla congesserunt Christius (Metrik² p. 30) et Hartelius (Hom. Stud. III, 18); ex his si δ(ι)ανεκῶς non Corinnae esset, sed Homeri, multum valeret*); nunc vero quis δελεύσεσθαι scribere audeat? Igitur «ῥεῖα διείσεσθαι» ad traditionem proxime accedere puto. Restat eadem forma P 461 (ῥέα μὲν γὰρ φεύγεσκεν, . . . ῥεῖά τ' ἐπαΐξασκε), ubi sollertissima Nauckii coniectura «ῥεῖά τε γὰρ φεύγ. . . ῥεῖά τ' ἐπ.» mihi adeo probatur, ut eam etiam in Hesiodo recipiendam (op. v. 5 ῥέα μὲν γὰρ βριάει, ῥέα δὲ [satius τε] βριάοντα χαλέπτει) commendem. Praeterea ex adverbiis, quae ab adiectivis in -ης ducuntur, synizesin prae se ferunt ἀστεμφέως δ 419³. 459³ et νημερτέως ε 98². τ 269², contractionem αἰκῶς Χ 336³. Sequar Leeuweni exemplum, qui collato versu Γ 219 ἀστεμφές F' ἔχομεν proposuit (Mnem. nov. s. XIII, p. II, 205), et νημερτές ἀFικές quoque scribendum censebo, cum neutru madiectivorum in -ης adverbii vice saepe fungi videam, ut νημερτές (A 514, alibi), ἀσκελές α 68. δ 543. (ἀσκελέως Τ 68), ἀσπερχές Δ 32. α 20 etc., ἀσφαλές Ο 683 (ἀσφαλέως alibi), ἀεικές ρ 216. Inter cetera adverbia ἐξείης ἑξῆς ob duplicem formam memorabile: quarum solutam in Iliade esse solam, praeter solutam etiam contractam in Odyssea (δ 449. 580. ι 104. 180. 472. 564. μ 147, ubique in prima sede) acute animadvertit Christius, proll. p. 174

*) de voce Homerica πότνα scholiasta quidem (ε 215) hallucinatur «πότνα ἀπὸ τοῦ πότνια κατὰ συγκοπήν»: multo probabilius vero Buttmannus (gramm. I, 256) et G. Hermannus (Eur. Bacch. 367) trisyllabum πότνια a disyllabo πότνα derivant, nam ab eo quod πάννυχος μείλιχος θοῦρος οὖλος apud Homerum descendunt παννύχιος μειλίχιος θούριος οὔλιος.

Numeralia cotidiani sermonis cum versibus essent infestissima, latinos poëtas odisse ea constat et per ambitus eo magis expressisse, quod nudi numeri nescio quid frigidi habent et a poëtica imaginatione alieni; ne Homero quidem omnia illa immutata usurpare licuit. Quamquam veterum carminum auctor praeter ἐννῆμαρ (A 53 etc.), ut quod ex ἐννε-ῆμαρ facillime coactum esset, nullam contractionem sibi concessit, siquidem in v. Σ 351 loco ἐννεώροιο scite Christius ἐννεα-ώρου coniecit. At qui Boeotiam composuit, ὀγδοήκοντα in ὀγδώκοντα B 568. 652 contraxit, quique Odysseam scripsit praeter ἐννῆμαρ et ἐννέωρος (κ 19. 390. λ 311. τ 179) etiam ἐννεόργυιος λ 312 fingere ausus est, quin adeo, velutsi ἐνν-ῆμαρ discribendum esset, ἐνν-ήκοντα (τ 174) non veritus est. Verum numerale δώδεκα non e δυώδεκα contrahi poterat, sed e δFώδεκα (skr. dvadaçan) suppresso digammo oriri Leo Meyerus (K. Z. VII, 210 sq.) intellexit; hanc δFώδεκα formam fere omnibus versibus reddi et posse et debere video: neque enim iunctura δF contra numeros est, nec ubi versum incipiat neque in medio versu (Ω 229. 603. κ 5. τ 574. χ 144.). Unum excipio versum in carmine recenti I 123 = 265 (= T 244)

αἴθωνας δὲ λέβητας ἐείκοσι, δώδεκα δ' ἵππους.

Ceterum versus v. υ 107 parum sonorus editur «τῇσιν | δώδεκα | πᾶσαι»: praetulerim «τῇσι δυώδεκα πᾶσαι».*)

Alteram classem gravioris synizeseos iis exemplis contineri supra dixi, in quibus **duorum** vocabulorum vocales, ultima prioris et prima posterioris, in unam conflantur. Quae exempla cum iam a La Rocheo (Hom. Unters. p. 281 sq.) et

---

*) Nec tamen cum Leone Meyero eo in formis exaequandis procedere velim, ut δυώδεκα quoque omnibus locis in δFώδεκα mutem; non enim formas ope grammaticae comparativae constitutas incuriosus numerorum amplector, id quod Meyerus fecit dum proposuit β 374 (δ 588)

πρίν γ' ὅτ' ἂν ἑνδεκάτῃ τε | δFωδεκάτῃ τε γένηται.

Neque eidem assentior quod vv. I 123 = 265 = T 244 **mature corruptos** esse autumat.

Bekkero (Hom. Bl. I, 173) congesta essent, hoc loco non modo congerere sed etiam percensere ac tentare in animo habeo.

Vocalis ω(ῳ) cum insequente vocali coalescit:

Ἐνυαλίῳ ἀνδρειφόντῃ B 651. H 166. Θ 264. P 259. Adiectivum ἀνδρειφόντης prave ad exemplar nominis ἀργειφόντης fictum videtur a rhapsodis, non ab ipso Homero, cum hic composita ἀνδρό-κμητος ἀνδρο-κτασίη ἀνδρο-φάγος ἀνδρο-φόνος finxerit. Adde quod et traditio fluctuat*) et genuinam formam ἀνδροφόντης Aeschylus servat, Sept. 572. Equidem ἀδροφόντης quattuor illis locis reddendum censeo, cum ἀδρότης i. e. ἀνδρότης cum correpta prima syllaba (ut in ἀμφῐδρυφής B 700, ἔπειτᾰ δράκων δ 457, τĕ Δρύαντα A 263 etc., La Roche, Hom. Unt. 21) inveniatur ter: Π 857 (ἀδροτῆτα G. Plut. ἀδρ. Cant. Mor.) X 363. Ω 6 (ἀδρ. H.); ἀδρί pro ἀνδρί Pamphylii dicebant teste Hesychio. Fere idem hac de re sentire video Ud. de Wilamowitz-Moellendorffium (Philol. Untersuch. VII, p. 299 adn.), nisi quod primam syllabam in ἀνδροτῆτα (ἀρότητα?) correptam esse vult. Alii alia commendant: Roehlius (quaestt. hom. p. 18) ἀνεριφόντης, quo synizesis non tollitur; Nauckius vero probabiliter ad analogiam βροτολοιγός componit βροτοφόντης.

P 89: ἀσβεστῳ· οὐδ' υἱὸν λάθεν Ἀτρέος: eleganter Barnesius correxit «ἀσβεστῳ· οὐδ' υἷα λάθ' Ἀτρέος; λάθ' unus habet Lipsiensis.

Σ 458: υἱεῖ ἐμῷ ὠκυμόρῳ; υἷ' ἐμῷ ὠκυμόρῳ G. Stuttgart.; idem commendant Buttmannus (gramm. § 29. A 8) et Kruegerus (gr. II. § 13, 6, A. 1.)**); υἷί μοι ὠκυμόρῳ praeeunte Bentleio Nauckius Christius scripserunt collato versu β 50 μητέρι μοι μνηστῆρες ἐπέχραον.

ρ 375: ὦ ἀρίγνωτε poscit La Rocheus (Hom. Unt. 282), Krue-

---

*) B 651 ἀνδριφόντῃ G.; H 166 id. DGHL Lips. 1. m.; Θ 264 id. DGH; P 259 id. GH Townl. Vrat. d.

**) praeterea Heyneus, Hermannus (hymn. Ap. 48), Botheus, Ahrensius (de crasi, p. 15.)

gerus (gramm. II. § 13, 7 A.), Ameis editor. Libri huc illuc fluctuant: ὦ 'ρίγνωτε C Eust. Flor. Rom. (GHV); ὦ ῥίγνωτε I M. ὠρίγνωτε L p. ras. ὠρίγνωτε ADKQS ῥίγνωτε P.; ὦ ἀρίγνωτε inde a Bekkero editores. Ego cum videam γν litteras ubique positionem efficere, duosque locos λ 144. Ω 274 qui resistant, admodum esse dubios (La Roche, Hom. Unt. p. 5), si non synizesin, attamen aphaeresin concedam de qua p. 43 disputavi.

η 89. ἀργύρεοι δὲ σταθμοὶ ἐν χαλκέῳ ἕστασαν οὐδῷ; versum intolerabilem Bekkerus Nauckius alii editores Barnesium secuti recte inverterunt: σταθμοὶ δ' ἀργύρεοι etc. Tentabat male Botheus ἀργύρεοι σταθμοὶ δ'; at asyndeton (ἀργύρεοι σταθμοὶ) Kayser in editione Faesii praefert, rem arduam cum illud non sit explicativum.*)

Vocalis η cum insequente vocali coalescit.

δή.

δὴ αὖ, δὴ αὖτε: A 340. 540. B 225. H 24. 448. Θ 139. Ξ 364. O 287. T 134. Φ 421. X 171. Ψ 645. Ω 10. 511. ι 311. 344. κ 281. μ 116. χ 165**). Synizesis est tam inveterata, ut in libris saepe δ' αὖ, δ' αὖτε tradatur, v. La Roche l. l. Sed in δὴ ἐγώ (O 251), δὴ ἔπειτα (Y 338) vocalem η corripere satius est.

δὴ οὕτως A 131 (δ' ll.) E 218 (δ'). K 385 (δὴ Eust.). T 155 (δὴ Eust.): «μὴ δὴ τὼς» magna cum probabilitate coniecit Nauckius.

εἰ μὲν δὴ 'Αντιμάχοιο Λ 138 et εἰ μὲν δὴ ἀντίβιον Λ 386: vetus scriptura EIMEN cum «εἰ μὲν» transferretur, necesse erat ut δή particula insereretur: equidem «εἰ μὴν» tran-

*) Liceat addere hoc loco Γ 152 δενδρέῳ ἐφεζόμενος Arist.; δένδρει ἐφ. Zenodotus, Diog. Laërt. III, 9: τὸ δένδρος (Herod. 6, 79 dub.), unde δένδρεσι (Her. Aristoph.) et *δενδρέ(σ)Fεις δενδρήεις, v. p. 83, Homeri aetate fuisse sibi persuasit Christius, dum δένδρει in textu optimo iure perscripsit.

**) Platonem quoque Theaet. 148 E (οὐ μὲν δὴ αὖ οὐδ') ne monosyllaba coacervaret, δὴ αὖ synizesi conflasse videri censet Christius.

scribo; sic Bekkerus ε 206 verba vitiose tradita εἴ γε μὲν εἰδείῃς sanavit «εἰ μὴν Fειδείῃς.»

ὃς δὴ ἀφνειότατος, Υ 220, in genealogia regum Troicorum, versibus admodum recentibus.

ἀλλ' ὅτε δὴ ὀγδόατον η 261. ξ 287 et ἀλλ' ὅτε δὴ ἕβδομον μ 399. ο 477; iure Nauckius αὐτὰρ ὅτ' vel «ἦμος δ'» proponit, cum traditionem μ 312 inter ἦμος δέ et ἀλλ' ὅτε δή nutare videamus.

καὶ δὴ ἄγρην, μ 330, recenti in carmine.

μ ή.

ᾧ μὴ ἄλλοι ἀοσσητῆρες ἔωσιν, δ 165, in Telemachia.

ἤ, ἦ.

ἢ εἰσόκεν, Ε 466, libri: eximie correxit «ἢ ἐς ὅ κ'» Nauckius.

ἢ εἰπέμεναι, δ 682, libri: εἰπέμεναι Longin. de subl. c. 27, quem secutus est Nauckius; fort. ἢ Fειπεῖν? —

ἦ οὐχ ἅλις Ε 349**). Ρ 450. Ψ 670. β 312. ρ 376; et

ἦ οὐ μέμνῃ Ο 18. Υ 188. Φ 396. ω 115; [ἦ μέμνησαι vel οὐ μέμνησαι Ο 18 proponitur apud Nauckium, μέμνησαι δ', Υ 188 et Φ 396, ibid.;] et

ἦ οὐκ ἀΐεις α 298, ubi οὐκ Tryph. in Rhet. VIII p. 749, 1 et anon. Rhet. VI p. 34, 18: simplex particula οὐ interrogationibus sufficit e. g. οὐχ ὁρᾷς Η 448, Ο 555, Φ 108, ρ 545; οὐκ ἀΐεις Κ 160. σ 11; praeterea ἦ οὐ absque synizesi occurrit Ο 506. Σ 287. γ 251. π 424; quae cum ita sint, si non in Odyssea, at in Iliade «οὐχ ἅλις», «οὐ μέμνῃ'», «οὐκ ἀΐεις» praefero et ex Odysseae locis, qui liberiorem synizeseos usum permittebant, paullatim in Iliadem irrepsisse censeo. Superat I 537

οἵῃ δ' οὐκ ἔρρεξε Διὸς κούρῃ μεγάλοιο,

ἢ λάθετ' ἢ οὐκ ἐνόησεν· haec verba tortuose interpretantur

**) «ἦ abesse malim» Nauckius; abest in Nonni Dionys. 39, 40.

fere sic: «aut oblitus tunc est aut omnino non animadvertit.» Quo iure subintellegimus «tunc» et «omnino?» Multo clarior Zenodotea lectio, quae propter asyndeton explicativum me quidem non offendit: «ἐκλάθετ' οὐδὲ νόησεν», i. e. oblitus est neque animadvertit, id quod συνωνύμως intellegas..

α 226: εἰλαπίνη ἠὲ γάμος; sed εἰλαπίν' ABNQ (HPV), hos et Ahrensium*) secutus Nauckius εἰλάπιν' edidit; ego non mutaverim in Telemachia; ceterum εἰλαπίνη λ 415.

ω 247: οὐκ ὄγχνη, οὐ πρασίη; coniecit Ahrensius: οὐκ ὄγχν', οὐ πρασίη; neque in hoc carmine tales res mutandae.

ἐπεί.

ἐπεὶ οὐκ (οὐδέ): N 777. δ 352. τ 314; ἐπεὶ οὔτε υ 227. Contra ἐπεὶ οὐ absque synizesi A 114. ε 364. Quattuor his locis haud scio an «ὅ τ'» loco ἐπεί reddendum sit; de ὅ τε particula causali quae non mutanda est cum temporali ὅτε disputavit et exempla (ut A 244. E 331. ε 367) contulit Bekkerus, Hom. Bl. I 151; quamquam N 777 ὅ τε minus arridet, cum ἄλλοτε praecedat. — Denique uno qui superat loco λ 249:

τέξεαι ἀγλαὰ τέκνα, | ἐπεὶ οὐκ ἀποφώλιοι εὐναί

exemplo B 317. 326: αὐτὰρ ἐπεὶ κατὰ τέκν' | ἔφαγε στρουθοῖο καὶ αὐτήν, corrigere nullus ego dubito «τέκν', ἐπεὶ οὐκ», sententiam secutus G. Hermanni (Elem. doctr. metr. p. 33, 357): «elisio non officit caesurae.» Ceterum synizesin ἐπεὶ οὐ tragici interdum non verebantur, cf. Aesch. Suppl. 884. Soph. OC. 1436. Phil. 948. 446. 1037. fr. 470, Ahrens de crasi et aphaeresi, p. 12. — Denique hoc loco moneo quod

*) Ahrensius in libro de crasi et aphaeresi (Stolberg. 1845) p. 15 elisionem εἰλάπιν' aeque ut Σκύλλ' (μ 235) admitti posse censet, cum aeolici nominativi correpti in α etiam νύμφα exemplum sit. At Σκύλλ' nec in omnibus libris est et ab editoribus (ἔνθεν γὰρ Σκύλλη Bekkerus Nauckius La Rocheus) repudiatur. Neque eiusmodi exempla novis augere velim.

δ 811 πώλεαι ἐπεί libri optimi et plurimi habent, πώλε' pauci, ut QV, quam lectionem Nauckius in textu retinuit. Hanc ego quoque defendo, siquidem diphthongum αι medii elidi posse supra (p. 149) demonstravi et verbum πώλομαι iuxta πωλέομαι antiquitus in usu fuisse analogia aliorum verborum ostendi, v. p. 136 adn.

XIII.

Epimetrum.

Ad postremum de libris duorum virorum nuperrime editis, Arthurii Ludwichii et Augusti Fickii, succincte referendum mihi est; qui cum eo demum tempore in lucem prodissent quo hoc meum opusculum iam typis exprimebatur, tantummodo leviter eos attingere adhuc mihi licuit.

Atque A. Ludwichius quidem utpote qui traditionis Aristarcheae a philologis Regimontanis excultae tenacissimus esset in secunda parte operis summa cum cura et diligentia conscripti 'Aristarchs Homerische Textkritik, nach den Fragmenten des Didymos dargestellt und beurtheilt' (Leipz. 1885) illud, unde nos initio (p. 5 et 9) profecti sumus, diaereses dico 'Ατρεΐδης 'Αργέιος similesque quas Bekkeri Nauckii Christii aut primi invenerunt aut inventas argumentis comprobaverunt, tanta cum audentia adortus est, ut cum veri similes, nedum necessarias esse eas praefracte negaret, quasi primordia ac fundamenta non mei laboris (hoc non ita multum referret), sed doctissimorum virorum funditus rescindere ac solo tenus deicere posse sibi persuaderet. Neque subito impetu adoritur sed aliquot paragraphos quasi praecursorias quasdam velites praemittit. Nam et in prima (p. 226: § 27 Urhomer) tritissimum illud ac dudum obsoletum, nos ultra optimae traditionis vestigia, Aristarcheae scilicet, prodire nefas esse propterea quod carminum Homericorum genuina et originalis forma

nulli unquam inveniri posset, denuo verbis affirmat, non argumentis comprobat; et in secunda (p. 228: § 28 Die Analogie) eius rationis quam analogiam vocant sectatores, inter quos veteres criticos non minus quam nostrates referendos esse neminem fugit, hoc argumento refutasse sibi videtur, quod quamvis illi multos fuisse Homeros statuerent, tamen ad unam eandemque formam omnes versus redigere conentur: qua de re quid sentiam, supra p. 89 indicavi neque nunc aliud sentio quam Sophocleum illud καλὸν μὲν οὖν οὐκ ἔστι τὰ ψευδῆ λέγειν. Exin duobus quae insequuntur capitibus (§ 29 et 30) ad refellendas quas diximus diaereses sibi viam ita praestruit, ut axiomata duo constituat, unum 'non esse idem Homericum sermonem et veterem graecitatem' (Homerisch ist nicht Urgriechisch), alterum 'res quae possint accidere, non esse ideo necessarias' (Möglichkeit ist nicht Nothwendigkeit).

Prius dictum quam verum sit ut per se intellegitur ita Nauckianorum iustissima foret reprehensio si re vera Homeri carmina ad veteris graecitatis exempla recoxissent. Age vero quas Ludwichius coarguit inductas ab illis antiquitates esse? Primum quod κλέ(F)ος Ἡρακλέ(F)εος κλε(F)ιτός postulant. At digamma huius vocis in titulis graecis apparere constat, non per ambages e sanscrito çravas esse repetendum. Tum dissensionem editorum, quod vocabulum ἠῶθι alii in ἤοαθι ἠόαθι alii in ηFοόθι ἠοόθεν αὐόοθι dissoluerint, in usum suum convertit: at cum prior forma quantum scio nemini iam probetur, de nulla alia re quam de medio digammo et aeolica diphthongo agitur; de utraque quam caute et circumspecte Bekkerus Nauckius Christius iudicaverit, inter omnes constat. Aut Ἰφίτοο, id quod deinceps insectatur, veterisne est graecitatis forma? Quid? Inter genetivos in -οιο et in -ου desinentes, quos pariter usurpavit poëta, medios in -οο interiacere quis est quin videat? Ille tamen posteaquam iterum iterumque (p. 234) exclamavit «Homerisch ist nicht Urgriechisch», «die Homerischen Ge-

dichte können das früheste und ursprünglichste Stadium der griechischen Sprache nicht repräsentieren». «Wer die ursprüngliche Form einführt, verfährt durchaus unkritisch» — quas iam cascas vocabulorum formas affert, quae pristini sermonis portenta, quae ogygia balbave graecae linguae signa?*) Unam Nauckii «βίην Ἡρακλεεείην» quam si non adortus esset, satius mehercle fecisset. Cetera uno verbo damnat: «Dasselbe gilt von einer grossen Menge ähnlicher Conjekturen». Igitur hic mihi quisquam veterem graecitatem nominavit! Quasi vero aut ipse Nauckius aut qui eum secuti sunt formas φωνήσαντς φωνησάντjα Fέπεσος αἰδόσος τρέσjει ἐσFάjεις ἵπποσjο ἀλιάσων σFέσjο φαένjω σφάλjω jός ἀσμές jυσμές loco formarum φωνήσας φωνήσασα ἔπεος αἰδοῦς τρέει ἐάᾳς ἵπποιο ἀλιάων εἷο φαείνω σφάλλω ὅς ἡμεῖς ὑμεῖς unquam postulasset! Nam si quis talia auderet, eum rationis leges migrare iure diceres, non Nauckium qui plurima testimonio formarum in codicibus nostris extantium nisus correxit, pauca quaedam ad earum similitudinem novavit. Iam si vera fatemur, ipse Ludwichius, quid sit vetus illa graecitas, aut discernere nequit — unde enim? — aut omnino ignorare videtur.

Altera sententia non minus probabili, qua res quae accidere possint ideo non esse necessarias docemur, videamus quo iure iste utatur. Concedendum enim est plurimas Nauckii diaereses ut λόεσεν ἔεν Ἀτρεΐδης per versuum numeros inferri licere, nulla tamen alia necessitate quam propter epicae dialecti et etymologiae leges inferrendas esse; quas leges Ludwichius aut flocci facit aut tam innotuisse censet, ut eas fere memoratu dignas non habeat. Quid igitur? Inter illud quod fieri potest quodque necessarium appellamus, medii nihil relinquitur? Nimirum id quod verisimile audit. Cuius magna vis est in omni genere litterarum, maxima tamen in iis quae a philologis tractantur: siquidem ad ipsam veritatem pervenire

*) p. 43 ‘das primitivste Lallen der griechischen Zunge.‘

multo saepius invidet fortuna quam concedit: ita ut summa laude satis superque digni illi viri videantur, qui dubiis in rebus felici acumine ingeni freti verisimile aliquid aut invenerint aut inventum argumentis confirmaverint. Quorum in numero esse Nauckium quis infitias ire audebit? At qui tradita addubitare, dubia sollicitare, denique emendando et coniecturando a rebus parum certis ad probabiliora eniti nos vetet, nonne eum nervos ac venas artis criticae praecidere dicemus?

Sed iam vereor ne Ludwichii exemplo ductus plus verborum impendam quam afferam argumentorum. Venio igitur ad diaereseon illud genus (Ἀτρεΐδης Ἀργέιος) quod nova quadam et inaudita machina iste aggressus est in capite quod inscripsit 'Stellung des Molossus im Homerischen Hexameter' (p. 238, § 31). Qui sit status causae breviter exponam. Synaeresin diphthongi ει postulaverunt e veteribus grammaticis Aristarchus teste Aristonico (Λ 130) Herodianus (Δ 228), e recentibus Fr. A. Wolf (praef. ad Odyss. 1794 p. XI sq.) G. Hermann (in hymn. Hom.), A. Lobeck (path. serm. graec. II, 10, 14) H. Rumpf (ann. phil. 1860 p. 582), W. C. Kayser (Phil. XVIII p. 660), C. Angermann (Curt. Stud. I a 22); denique A. Ludwichius. Diaereseos diphthongi ει partes qui susceperint e veteribus non liquet; e recentibus susceperunt I. Bekker (ed. II.), A. Nauck, H. Roehl, A. Koechly, Ameis-Hentze, Christ, A. Fick.

Quae est igitur nova illa Ludwichii argumentatio? Quae potest esse alia quam e re metrica petita? Nempe in diaereses Ἀτρεΐδης Πηλεΐδης Molossorum (sc. pedum) amicam sibi vim iamque a pueris dilectam immisit, qui numerorum quasi voce ita se in versibus ubique collocari postulent, ut mediae syllabae nisi in thesi non legantur; unde consequens esse, ut de media illa syllaba in voce Ἀτρεΐδης — expectes 'nihil dici possit quam quod semper in thesi est' — sed ita

colligit, ut 'Ἀτρείδης, quod secundam traditionem molossus sit, cum non in aliis versuum sedibus inveniatur quam quibus molossi legantur et ipsum non molossum non efficiat. Iam verba eius perscribam, p. 243: «Gewöhnlich schliesst man folgendermassen: da Homer den Versictus niemals auf die Mittelsilbe von 'Ἀτρείδης legt, so folgt daraus, dass er 'Ἀτρεΐδης sprach (vides quam subdole rursum primariam, tantum non unicam causam omittat 'was die Analogie und Etymologie fordert'); hätte er 'Ἀτρείδης gesprochen, so würde er die Mittelsilbe nicht gänzlich von der Arsis haben ausschliessen können. Das ist ein Fehlschluss; denn molossische Wortformen wie 'Ἀτρείδης (quod erat demonstrandum!) werden bei Homer **regelmässig** so gestellt, dass die Mittelsilbe in die Thesis, nicht in die Arsis fällt... Zum Beweise stelle ich hier das Material aus je zwei Gesängen der Ilias und Odyssee vollständig zusammen... Geordnet sind die Beispiele nach ihrer Stellung innerhalb des Hexameters (1 __ 2 bedeutet einen Molossus, dessen Anfangs- und Schlusssilbe in der ersten und zweiten Arsis des Hexameters stehen, etc.)»

Iam turbam Molossorum cogit, cui ea ipsa vocabula de quibus agitur accedere iubet! Nobis, siquidem numeris magis quam ratione causa disceptanda est, utique liberum erit voces 'Ἀτρείδης 'Ἀργείων secludere — nam id ipsum agitur utrum molossi habendi sint an choriambi — et, quasi praemia sint certaminis, medias inter molossos et choriambos collocare. Igitur ceterorum molossorum numeros succincte describamus, tum formas ambiguas, tertio vero loco, nam hoc aequum esse nemo non videt, choriambos enumerabimus.

Molossi:

1 _ 2,	liber	A: 40;	Ω: 55;	α: 35;	ω 29.
2 _ 3,	„	A: 24;	Ω: 58;	α: 20;	ω 39.
3 _ 4,	„	A: —;	Ω: 1;	α: —;	ω —.
4 _ 5,	„	A: 6;	Ω: 7;	α: 6;	ω 4.
5 _ 6,	„	A: 2;	Ω: 3;	α: 1;	ω 1.

Formae ambiguae:

1 _ 2, liber A: 'Ατρείδης (quater) 'Ατρείδα (bis) 'Ατρεΐδαι 'Ατρείδη (3) 'Αργείων (2) Πηλείδης (2) σκηπτοῦχος ἑξείης.
„ Ω: ἑξείης 'Αργείους ἀφνειός Πηλείδης.
„ α: 'Αργείων (2) ἑξείης ἠῶθεν ἀφνειόν Εὐρύκλει'.
„ ω: 'Ατρείδη (2) 'Αργείων ἠῶθεν ἑξείης.

2 _ 3, „ A: 'Ατρείδη (3) 'Ατρείδης (4) Πηλείδη (2) 'Ατρείδην 'Ατρείδη Πηλείδης Αἰγείδην.
„ Ω: 'Αργείων (3) ἀφνειοῦ 'Ατρείδης.
„ α: αἰδοίη ἀκλειῶς ἀρνεῖται.
„ ω: 'Αργεῖοι 'Αργείων ἠρνεῖτο.

3 _ 4, „ A Ω α ω: —.

4 _ 5, „ A: 'Ατρείδην, Ω: —, α: ἀφνειός, ω: —.

5 _ 6, „ A: —, Ω: ἠῶθεν, α ω: —.

Choriambi:

1 ⏑⏑ 2,	liber	A: 37,	Ω: 39,	α: 22,	ω: 41.
2 ⏑⏑ 3,	„	A: 30,	Ω: 62,	α: 37,	ω: 37.
3 ⏑⏑ 4,	„	A: —,	Ω: 3,	α: —,	ω: 1.
4 ⏑⏑ 5,	„	A: 9,	Ω: 9,	α: 11,	ω: 8.
5 ⏑⏑ 6,	„	A: 6,	Ω: 8,	α: 6,	ω: 5.

En vides (neque est quod mireris), choriambos et molossos easdem versuum sedes obtinere; tum si numeros inter se compares, eos tantum non sese adaequare dicas. Quid inde efficitur? in choriambos ut eaedem leges valeant quae in molossos valent. Quid porro? Ut, si id quaeritur, utrum vox aliqua mo-

lossus sit an choriambus, hoc solis e versuum sedibus nullo modo perspici possit. Cur? Utrumque versus admittit. Quid igitur? Iacet, opinor, inanis ista numerorum ratio neque metricis rationibus sed grammaticis et etymologicis causa est disceptanda.

At Ludwichius ut est acutissimus novorum argumentorum inventor, in paginis quae insequuntur (306 sq.) nefas esse contendit, spondeos quippe qui et gravitatem heroicorum temporum spirent ideoque a poëta gravissimo praecipuo quodam amore quaesiti sint, diaeresi adhibita imminui aut expelli; numeris scilicet demonstrari posse spondeos apud Homerum frequentiores quam apud epicos posteriores esse paullatimque evanescere usque ad Alexandrinorum aetatem. Igitur si innumeras numerorum tabulas ab eo constitutas perlustres quid cernere expectas? Nempe eos apud Homerum versus praevalere qui unum vel duos vel tres dactylos contineant. Quid re vera invenies? Ὁλοσπονδείους quos vocant esse rarissimos et quasi intermori videri; primas partes tenere qui unico spondeo insignes sunt, secundas qui duobus, tertias vero versus ὁλοδακτύλους! Sed antiquam spondeorum gravitatem laudat. Ne ego quidem is sum quem in verbis, qualia sunt γουναζέσθην ποιπνύοντα κυμαίνοντα ἑρπύζων μερμηρίζων, numerorum gravitate actiones egregie depingi fallat; sed in nominibus quibus homines vel res significantur, quo modo maiorem tu censes inesse gravitatem si τρισυλλάβως pronunties? Immo maiestatem eorum augeas si antiquo more ea proferas et Ἀτρεϝίδης Πηλεϝίων declames; distraxisse enim et auxisse poëtae patronymica consulto inserendo quam plurimas syllabas mihi videntur: an alio consilio Πηληιάδης quoque finxerunt et Νηληιάδης, ne dicam sesquipedale illud Ἀμφιτρυωνιάδης?

Sed aliud habeo quod afferam. Etenim patronymica Homeri si percenseas, quae C. Angermann (Curt. Stud. I a 13 sq.) congessit et disposuit, ingentem numerum eorum invenias, quae omnia, quacumque stirpe nascuntur,

choriambos efficiant, nulla, nisi dubia illa, quae molossos. Unum ex omni classi exemplum sumam: Αἴολος — Αἰολί-δης, Ὕλαξ — Ὑλακ-ίδης, Ἤνωψ — Ἠνοπ-ίδης Αἵμων — Αἱμον-ίδης, Ἄκτωρ — Ἀκτορ-ίδης.*)

Quo iure omnia haec choriambi sint habendi, molossi ea sola, quorum stirpes in -εϜ exeunt, neque ego causam inveni neque ullam a sanis existimatoribus afferri posse confido.

Poteram alia multa protrahere et perstringere, ut tabulam istam errorum plenissimam p. 259, quae Homerum prout usus (i. e. metrica necessitas?) exigat, omnigena forma usum esse docet, vel superstitiosam istam de voce ἀέκων hariolationem (p. 342); poteram exemplo nominis Πείροος, cuius antiqua forma solo in recentissimo carmine, catalogum dico navium B 844, servata est, luculenter demonstrare in traditione formarum non religionem rhapsodorum vetera et sincera pie servantium sed casum antiqua et recentia temere permiscentem regnasse: sed frustra ad rationes revoces homines, qui rationes ut eludant, doctrina et acumine utuntur.

Nunc vero pauca referamus de Augusti Fickii libro recentissimo „Die Homerische Ilias nach ihrer entstehung betrachtet und in der ursprünglichen sprachform wiederhergestellt“ (I. Hälfte, Göttingen 1885). Neque vero quod sibi proposuit vir doctissimus, ut Iadem veterem carminum Homericorum in Aeolum priscam dialectum converteret, ego vituperaverim; nam licet in eius sententiam non accedam, tamen hac via multos errores quibus tradita Homeri verba conspersa sunt detegi posse mihi prorsus persuasi. Rationem tamen qua hanc transcriptionem confecerit, neque in Odyssea omnino laudare poteram (v. p. 28) neque in Iliade ubique

*) quin etiam ex iis quorum stirpes in Ϝ desiisse videntur, etsi diducta in libris non legimus Βοηθο(Ϝ)ίδης Πανθο(Ϝ)ίδης tamen fuisse qui diducta legerent, ex his vestigiis intellegas Βοηθοίδης δ 31 (τετρασυλλάβως schol. H. M.. igitur quidam πεντεσύλλαβον voluerunt.) Ξ 454. Ο 446. Π 808. Σ 250: Πανθοΐδαο L.; Λητοΐδου (an Λητοΐδα'?) h. Merc. 158 libri.

meum punctum feret. Iam quatenus dissentiam breviter aliquot exemplis demonstrabo.

Duas enim potissimum vias in corrigendis expellendisve formis ionicis iniisse virum omnis graecitatis peritissimum video: aut coniecturis molestas sibi formas eliminavit aut, ubi hoc haud ita facile fieri poterat, totos versus vel hemistichia eiecit.

Et primum quidem facere non possum quin gaudeam, quod in easdem coniecturas quas ipse in hoc libello proposui, Fickius suas secutus rationes incidit. Quas ut illi iam reddam aequitas poscit; sunt igitur hae: Α 160 μετατρέπε' collato μετατρέπομ' Μ 238. — 230 ἀποαίνυσθαι. Σ 50 τάων δ' deletis versibus 39—49. Φ 8 Fέλλοντο. 567 «προπάροιθε πόλιος hss. kann allenfalls gelesen werden, besser wäre doch wohl πρόσθεν πόλιος oder πρόσθα πτόλιος.» Ξ 140 γαθέει ἐν στήθεσσι. Ψ 226 εὖτ' αὐόσφορος εἶσι (ἠοσφόρος ego). Μ 323 Ρ 444 ἀγηράω ἀθανάτω τε. Ω 434 ὅς κέλεαι omisso με. Eundem tamen spero coniecturas ab aliis inventas suam cuique esse retributurum, veluti Christio 'γαῖα φερέσβιος' Φ 63 vel 'ἀλλὰ σύ γ' εὔχε' Ω 290, Nauckio 'ζῳὸς ἔσεσθ'' Χ 332 vel 'ναῖον δ' ἐν Πλευρῶνι' Ξ 116, Payne-Knightio 'χρυσὸν τιμήεντα' Σ 475. Quamquam haec leviora: ad novas eius coniecturas venio de quibus si non acres lites movebo, at aliquantum obloqui cogar. Namque ut Fickius in versu Α 88

οὔ τις ἐμεῦ ζῶντος καὶ ἐπὶ χθονὶ δερκομένοιο

bene intellexit formam ζῶντος esse suspectam, ita deleto καὶ et asyndeto illato versum sanari haud scio an perperam sibi persuaserit. Quid enim? Asyndeti, quod inter duo participia intercedat, exempla suggerit nulla. Etiam magis renuo, quod in v. Ξ 274 (μάρτυροι ὦσι) formam ab Homero alienissimam elisione «μάρτυρ(οι) ἔωσι» tolli posse statuit. Quis enim diphthongum οι elisam vidit praeterquam in pronominibus μοι σοι τοι? Nam ne in his quidem certa res est et explorata. Unum elisae in nomine diphthongi exemplum R. Kuehnerus (Gr. Gr.

p. 189) e Theodosio Alex. p 35, 16 (οἵ ἄγι' ἔλεγον), hausit, Goettlingium iure adnotasse addens 'mira elisio quae Christiani alicuius poëtae esse videtur.' Contra Fickio equidem adstipulor quod nominativum Fίδρος ad similitudinem ἔρος γέλος finxit: sic enim P 745 Fίδρῳ σπευδόντεσσι facillime reponemus.

At quod novum synizeseos genus inferre non cunctatus est, admodum miror. Constat inter omnes contractiones eas esse difficillimas in quibus vocalium conflatione digamma supprimatur. Nam spirantis F linguam Graecam multo tenaciorem fuisse quam litterarum σ et j quem fugit? Fickius tamen syllabas εFο et εFω tam facile quam crebro apud Homerum in unam coire autumat*). Quae exempla huius contractionis congessit? Nulla. Quae congerere poterat praeter vitiosa illa Πηλέος Ὀδυσεῦς Ἰδομενεῦς (v. p. 69 sq.)? Equidem video nulla. Neque vero ea cum cura qua par erat formas iuniores stirpium in -ες exeuntium tractavit: an hoc ulli existimatori satisfaciet quod quasi obiter semel vel bis eas perstrinxit, velut p. 86: «Π 743 ist für εὐεργέος wohl mit Nauck εὐξέστω (corrige ἐυξέστω) zu setzen: vocale, welche durch ursprüngliches s getrennt waren, werden im ächten Homer nicht zusammengezogen, wenigstens sind die beispiele so vereinzelt, dass man sie sämmtlich zu beseitigen hoffen darf.» p. 235: «Ω 527 ἐν Διὸς οὔδει hss. verstösst gegen die regel, wonach bei Homer ursprünglich durch σ getrennte vocale nicht contrahirt werden.»

Altera etiam ratio, qua dum totas versuum series aut

*) Α 609: «lies Ζεὺς δὲ πρὸς ἕον λέχος ᾔιε, denn ursprüngliches εFο kann bei Homer contraction erleiden.» Λ 403: «εἶπε πρὸς ὃν hss. Der verstoss gegen das digamma ist gehoben, wenn man πρὸς ἕον schreibt.» Λ 517: «αὐτίκα δ' ὧν ὀχέων hss. Setzt man statt ὧν = Fῶν die vollere form ἕων, so befindet sich alles in richtigkeit.» Ψ 218 «φυσῶντες λιγέως hss. liess φυσάοντε λιγέως; die contraction von εω in λιγέως hat kein bedenken, weil die vocale hier ursprünglich durch F getrennt waren.»

singulos aut hemistichia damnat, difficultates effugere sibi videtur, interdum cauto iudici audacior quam probabilior videbitur. Quod ut paucis exemplis demonstrem, angustiae temporis ac loci suadent. Velut p. 77 versus Α 275—9 et alias ob res damnat et propter formam ἀποαίρεο (v. 275). Quid? in eadem pagina ἀποαιρεῖσθαι in ἀποαίνυσθαι commutavit: nunc eandem formam, quam eadem ratione corrigi posse ipse concedit*), praetendit ut versus a prisco poëta alienos esse doceat. Tum p. 79 Λ 150—154 expunxit his adductus rationibus: «die ersten drei verse sind schwach und mit dem groben verstosse ἱππεῖς für ἱππῆας (lege ἱππῆες) belastet; Lehrs' coniectur ἱππῆες δ' ἱππῆας ist nicht überzeugend, weil man keinen grund zur aenderung absieht etc.» Prior causa quam levis sit, quivis videt: fac ita se habeat, quis nescit illud quod 'quandoque bonus dormitat Homerus'? Alteram iustam causam esse nego. Nam cum transcriptores quos dicunt ΙΠΠΕΕC invenissent hoc non ἱππῆες interpretabantur sed in ἱππεῖς quod ipsorum aetate iam in usu hominum erat, eodem modo contrahebant, quo in vocabulis ἡμεῖς (ante vocales) δείους σπείους illud ΕΕ contraxisse videntur. Certum enim habes huius rei argumentum in forma ΑCΚΕΘΕΕC (ξ 255), quam alteri recte ἀσκεθέες transcripserunt, falso in ἀσκηθεῖς alteri cf. p. 77. Tum de vv. Λ 282 sq. ita iudicat: «sie sind ganz überflüssig und enthalten die sprachfehler ἄφρεον und στήθεα. Mit v. 281 schliesst die darstellung ursprünglich ab, wie in Κ 550 und Χ 400.» Primum quod supervacanei sunt versus, quis hoc crimini vertet? Nonne in quovis versu non Homerico, sed cuiusvis poëtae supervacanei aliquid et esse et iure inveniri constat? Dein cur exemplo Christii soloecismos corrigere hoc loco veretur? Innumeris mehercle locis emendavit neque ullam traditionem respexit. Tum Κ 550 exemplum est deterrimae notae, cum e Dolonea petitum sit, Χ 400

*) 'wofür man allerdings ἀποαίνυο setzen könnte.'

vero ne aptum quidem, cum hoc versu narratio non claudatur. Porro perversissima est ea damnandi ratio qua utitur

Π 352/3: ὡς δὲ λύκοι Fάρνεσσι ἐπέχραον [ἢ ἐρίφοισιν,
σίνται, ὑπὲκ μήλων αἱρεύμενοι], αἵ τ' ἐν ὄρεσσιν·

nam formam αἱρεύμεναι quam necessitate contractam esse sentio nullo modo sic eliminari licet. Neque cogitari potest ulla causa, qua ductus rhapsodorum aliquis hunc in modum similitudines suppleverit; neque officit quod nomen μήλων insequitur femininum αἵ: nam et inversum usum invenias Λ 696 sq., et genere, quam vocant naturale, interdum utitur poëta, cf. Γ 106. Ε 382. 638, Krueger Dial.-Gr. § 3, 1. Denique in damnandis versibus nonnumquam eo progressus est, ut in textu eos omitteret nullo alio nomine quam quod ob formam aliquam suspecti essent, in adnotatione vero ne hanc quidem causam afferret: sic eiecti sunt splendidi minimeque rhapsodorum artem redolentes versus Ρ 647. 724

ἐν δὲ φάει καὶ ὄλεσσον, ἐπεί νύ τοι εὔαδεν οὕτως·
Τρωϊκός, ὡς ἐFίδοντο νέκυν αἴροντας Ἀχαιούς·

his emendando naevos traditionis detergere malui p. 73, 165. Durum etiam est quod in similitudine Λ 67 sq.

οἳ δ' ὥς τ' ἀμητῆρες ἐναντίοι ἀλλήλοισιν
ὄγμον ἐλαύνωσιν ἀνδρὸς μάκαρος κατ' ἄρουραν
πυρῶν ἢ κριθέων· τὰ δὲ δράγματα ταρφέα πίπτει·

ultimum versum delendum censet hisce verbis «ist durchaus überflüssig und durch die jonische form κριθέων sprachlich verurteilt.» Nam poëtam constat praecipuo quodam amore similitudines rebus et actionibus extendisse, quae eas ornent magis quam illustrent; itaque longe maxima pars earum comparationum, quas non succincte memorat sed fusius enarrat poëta, plus quam duobus versibus continetur.*) Omnino facilius damnes quae alio modo extricare nequeas.

*) cf. Friedlaenderi tabulam comparationum Homericarum in ann. philol. suppl. III, (1857—60) p. 786 sq.

Ad extremum quas ipse secutus sum rationes, paucissimis verbis comprehendam. Vidimus contractiones et synizeses, si traditionem solam sequemur, per omnes carminum Homericorum libros dispersas inveniri; si criticam artem admovebimus, graviora earum genera e partibus vetustioribus tolli posse, in recentioribus remanere tamquam indicia recentioris originis; praetera tres metricas esse poëtae excusationes evicimus: ut et in clausula versuum et in caesura maiore et ob nimium brevium vocalium concursum contractas formas non prorsus spernendas duceret; nec solum ex his causis unam aut alteram accidere sed etiam interdum duas tresve in eadem forma concurrere. Vocales vero eas facilius in unum coire demonstravimus quae olim aut nulla aut consona j disiuncta fuerint, multo difficilius ea quae spirante s, difficillime quae digammo antiquitus secretas esse constet; tum vocales quae vel natura cognatae sint (ut in πόλι πληθυῖ τεθνᾶσι) vel quarum altera quantitate praeponderet (ut in πασέων) minus contractioni obstrepere quam quae pari sint pondere aut diverso loco oris procreentur ut in ἐνίκαον ἐπόρθεον. Et in ceteris quidem rebus lectores ad singula exempla, quae etiam indicibus in extremo libro congessi, relego: nunc tamen ut appareat, graviores contractiones et synizeses, quae quidem emendando tolli fere nequeant, in recentioribus carminibus et rhapsodorum additamentis apparere, iam Christii exemplum secutus eas in tabula collatas subiciam. Interrogandi signum iis formis adscripsi, quae utrum excusandae an corrigendae sint necne dubitari possit.

Libri Iliadis.

Catalogi,B 484—779. 816—877: ἡγεῖτο 567. 638. 851. ἐκαλεῦντο 684. ἡγείσθην 731; in catalogo Myrmidonum Π 168—211: ἡγεῖτο 169.

Carmen septimum H: ὑμεῖς necessarium 194. ἀελπτέοντες 310. θηεῦντο 444. ἀθλήσαντε 453.

Carmen octavum Θ: χρειοῖ 57 (?). κηλέῳ 217 (?). τελειότατο 247. ἐρέβευς 368 (?). ἠοῦς 525. [ἡμέας 529].

Carmen nonum I, Presbea: χρεώ medio in versu 75. 608. ἄρχῃ 102. ἀθλοφόρος 124. 266. ἐνίκων 130. 272. ἀπηύρων 131 (ἀπεύραν?). ἡγεῖτο 192. οἴω 315 (?). ἐμεῦ 335 (?). εὖ 377 (?). δεῖ 337 (?). ἦρι 360 (?). ἐξοιχνεῦσι 384. σαῶσι 393. ὑμεῖς necessarium 649; in oratione Phoenicis (432—619): σαοῖς σαοῖ 424. 681. ἀγορέων πολλέων ἀρέων insolitis in sedibus 441. 544. 566. Πυθοῖ 405 (?). ἀφνειός 483 (ει in arsi). ἢ οὐ 537 (?). φανῇ 707. Ἴδεω 558[1]. νόει 600. τιμῆς 605 (?).

Carmen decimum K, Dolonea: [τιθήμενος 34]. ἤθεῖε 37. χρεώ 43[1]. στηθέων 95 (?). οἴω 105 (?). [ἡμέας 211]. ἐΰξου 373. πειρηθῆτον 444. ἐπιβώσομαι 463. θηεῦντο 524.

Carminis undecimi pars altera (Λ 596 sq.), Nestoris cum Patroclo colloquium: ἱδρῶσαι 598 (?). κυκειῶ 624 (?). 640. οἰῶν 678. 696 (?). ἀθλοφόρος 699. [ἡμέας 695]. πολεῖς 708 (?). οἴω 763.

Enumeratio uxorum Iovis, Ξ 317—327: Λητοῦς 327.

Vaticinatio Iovis, O 64—77: κτενεῖ 65. 68. χαρῆτι 76.

Fabricatio armorum Achillis Σ 370—617: τιμῆντα 475 (?). ἐφύσων 470. ἠγίνεον 493. ἀργεννέων 529[2]. ὡμίλεον 539. ὠρχεῦντ' 594. θεῖος 604 (?).

Carmen de Ate, T 90—136: ἄσατο 95 (?). ἐκφανεῖ 104.

Naenia Briseidis, T 282—302: εἶδον 292. σφῶν δ' αὐτῶν femin. 302.

Recensus deorum, Υ 67—74: Ἑρμῆς 72.

Oratio Aeneae, Υ 213—255: δὴ ἀφνειότατος 220. κατέκλων 227. νεικεῖν νεικεῦσ' 252. 254.

Theomachiae versus antecedentes Φ 228—383: ῥιζέων 243[5]. ὀχλεῦνται 261. σχῶμεν 309. [ἐμπίπληθι 311].

Carmen paenultimum, Ἆθλα (Ψ 257—897): ἀπηύρων 80. 808 (?). [τιθήμενος 83. 247,] εἰδῇ 322. ὑμεῖς necessarium

495. δίσκουρα 523 (?). οὖδει 719 (?). φθῇσι 805. χρεώμενος 834 (?). θηεῦντο 728. 881.

Carmen ultimum Ω: ἱκέτεω 158[4]. 187[4]. ἐπιθεῖτε 264. πρωτοπαγέα 267. τελειότατος 315. θηοῖο 418. ἐμεῦ 429 (?). κέλη 434. [διδοῦναι 425]. ᾦξε 457. ὁμαρτέων 438. αἰδεῖο 503. Λητοῖ 607 (?). ἕλων 696 (?). δαινῦτο 665. ἐθρήνεον 722; in naeniis: σεῦ necessarium 750. 754. ἀθλεύων 734. δαέρων 769.

Libri Odysseae.

Formae carminum recentiorum.

Telemachiae partes: α (88 sq.): ἡγεῖτ' 125. ἀφνειότερος 165. φῇσι 168. πλέων 183 (?). εἰλαπίνη ἠέ 226 (?). θεῖος 336 (?). ἐπιβώσομαι 378.

β: δοκεῖ 33. ἐπιβώσομαι 143. δοῖμεν 336. ἀναβῇ 358. ἀκραῆ 421 (?).

γ: πελάγει 91. χρυσέην 131[1]. μυθείσθην 140. δαίνυ 309[4]. οἰχνεῦσι 322. [δίδωθι ἵληθι 380]. ὤπτων 463.

δ: ἕλων 2. θεῖος 17 (?). σφῷν 62. μὴ ἄλλοι 165. ἠοῦς 188. ἀνειρώτων 251. φράζευ 395. ἀστεμφέως 419. 459 (?). ἑξῆς 449. 580. χρεώ 634[4]. πασέων 723. ὑψερεφέα 757. κέλη 812 (?). πολλέων 813.

ο: νεῖσθαι 88 (?). χρεῶν 98. χρεώ 201. ἐγκοσμεῖτε 218. συβώτεω 304[4]. ὑπόθευ 310.

π: φθέωμεν 383. δοῖμεν 386. — ρ (31—166): ὅττευ 121 (?).

Liber θ: θεῖος 43. 47. 87. 539 (?) ἀρνείσθω 43. Πυθοῖ 80. ἆθλον 160. ἀθλητήρ, κερδέων 164. θηεῖτο 265. Ἥλιος 271. χαλκεῶνα 273. Ἑρμῆς 334. ὠρχείσθην 378. κάλεον 550.

Libri η versus 103—131, descriptio domus hortorumque Alcinoi: καιρουσσέων 107. τεχνῆσσαι 110. συκέαι 116. θέρευς 118.

Libri λ (necyiae) partes recentiores (51—83. 104—113. 565—627): ηὔδων 56. ἆσε 61 (?). ἀσινέας 110. συκέαι 590; in reliquis versibus: ἐρέβευς 37. χρύσεον 91[1]. εἶδες 162.

τεμένεα 185. ηὔδων 208. 396. Τυρώ 235. Πηρώ 287 [Τυνδάρεω 298]. αἰδοιότερος 360. [μαχεούμενος 403]. προσηύδων 552.

Liber ultimus ω: Ἑρμῆς 1. ζωννῦνται 89. οἰῶν 112. [μαχεούμενος 113]. μνώμεθ' 125. ὄγχνη οὐ 247. αὐχμεῖς 250. τεῦ necessarium 257. ἴσχεο 323. ἤτεον 337. μηλέας συκέας 340. 341. προὔπεμψ' 360. σφέων 381. υἱεῖς 387 (?). θάμβευς 394. Ὀδυσεῦς 398. φθέωσι 437. θεῖος 439 (?). ὦσι 490. Εὐπείθεα 523. διακρινθῆτε 532.

Formae ceterorum Odysseae librorum communes.

ε: Ἑρμῆς 54. θηεῖτο 75. νημερτέως 98 (?). κέλῃ 174 (?). ἀγήρως 218. ποίει 254.

ζ: ἐντύνεαι 33. νόει 67. θηεῖτο 237. ἔλπῃ 297.

η: χάλκεοι 86[1]. πασέων 107.

ι: ἑξῆς 104. 180. 472. 564. οἰχνεῦσι 120. χρεώ 136[4]. εἶδον 184. ἐπιπλεῖν 227. 470. αἰδεῖο 269. προσηύδων 383. 474.

κ: εἶδον 194. ἠρίθμεον 204. κυκεῶ 290. 316. κέλῃ 337 (?). κρηνέων 350[5]. ηὔδων 418. λίσῃ 526.

μ: ῥοχθεῖ 60. ἀναῤῥοιβδεῖ 104. ἀσινέας 110. βωστρεῖν 124. [ἑξῆς 147.] Ϝερέω 156 (?). ηὔδων 296. ζαῆ 313 (?). δὴ ἄγρην 330. σπῶνται 349.

ν: θεῖος 27 (?). ἡγεῖσθαι 65. ἀνεῤῥίπτευν 78. ἀπηύρων 132 (?). ἀλλοϜιδέα 143. σχῶνται 151. ἠρίθμει 218.

ξ: βῶσι 86. μεμνώμεθα (coniunct.) 168. Ἑρμῆς 435. συβώτεω 459[4]. ἡγείσθην 470.

ρ: ἔρχευ 22. 282. ἄζευ 401. ὅτευ 421.

σ: αἰνοπαθῆ 201. λελῦντο 238. δαινῦντο 248. ταρβεῖς 391.

τ: χρύσεον 34[1]. ὅτευ 77. ποθεῦσα 136. νημερτέως 269 (?). ἦρι 320. τευ necessarium 371. δενδρέων 520.

υ: πασέων 70[4]. ἦρι 156.

φ: θυρέων 47[4]. εἶτε 195[2]. πιστωθῆτον 218.

χ: ἰανθῇ 59[2]. ψυχέων 245[5].

ψ: ἔρχευ 20. 254. ἡγείσθω 134. θεῖος 133. 143 (?). Καλυψώ 333.

Tandem aliquando minutam hanc curam ad umbilicum deduxisse mihi videor: cui non aliud orationis ornamentum subiungam quam Maeonidae subtriste illud Ψ 671:

οὐδ' ἄρ' ἔεν πως
ἐν πᾶσιν Ϝέργοισι δαήμονα φῶτα γενέσθαι.

Nam etsi temeraria non ego molitus eiusmodi crimine vacuus ero, tamen non omnia explorata, multa dubia, audacia aliqua me obtulisse bene scio. Detrahe haec: si quid restabit, hoc magnam partem debere me ingenue fatebor Guilelmi Christii ingenio atque curae vere paternae, Augusti Nauckii rationi studiisque in emendando sermone Homerico impensis, denique disciplinae praeceptoris illustrissimi, Eduardi Woelfflini, nec non Rudolfi Schoellii, v. cl., humanitati cum hic libellum meum et mendis multis liberaverit et aliquot auxerit observatis.

Indices.

a.

b.

α

β

γ

ε

κ

ρ

σ

τ

υ

φ

χ